2x. Oblatas esse ad Acta præsentia Mtticæ Nostræ Cancellariæ Maioris Regni Literas infrascras, sanas, saluas, illæsas, omnique suspicionis nota carentes, in authentica forma ex Cancellaria Nra emanatas quarum tenor est eiusmodi. Joannes Casimirus &. Significamus &. Rationem habentes fidelium obsequiorum Nobis Cypriani Raczynski, Nobis ab aliquot annis in Aula Nra exhibitorum, eademq; huc usque alacriter & constanter tractantis, ut eam quam meretur experiatur gratiam seu munificentiam Nram Regiam, eidem facultatem & consensum Nrum Regium Aduocatiam in villa Nra Stonca, in Capitaneatu Dirschauien sita & existen, post mortem Gnosæ olim Annæ Wierzbowska, Gnosi olim Samuelis Nadolski Castellani Rauensis Conjugis, ultimæ & immediatæ legitimæ Possessricis, dispositioni Nræ obnoxiam, de manibus modernorum quorumuis nullo Jure possessorum, eximendi, seu iustis pecuniarum Summis debitaue Juris via, in possessionem suam Vindicandi & eliberandi; ita ut eandem modo præmisso eliberatam Aduocatiam, cum omnibus attinentys & pertinentys agris, pratis, campis, fructibus, prouentibus, subditis

ditis ac comm laboribus in genere omnibus, ad eandem antiquitus pertinen, prænominatus Nblis Cyprianus Raczynski, teneat, habeat & possideat ad extrema vitæ suæ tempora. Promittentes Nro Sermorumq; Successorum Nostrorum nõe, non esse Nos Sermosq; Successores Nros, ipsum ab vsu & pacifica possessione eiusdem Aduocatiæ, amoturos, vel amouendi cuipiam facultatem daturos, sed salvum & integrum Ius Aduitalitium eidem Seruaturos, quod & Serenmi Successores Nri præstabunt. Ipso vero Vita functo nri prius Successores eiusdem dicta Aduocatia cedere tenebuntur, quam Summa ibidem inscra vel ex Taxa Commissariorum Nostrorum proueniens, illis integrè numerata & persoluta fuerit. Iuribus Nostris Regalibus, Reipublicæ Ecclesiæque Catholicæ Saluis. In quorum fidem præsentes manu Nra Subscras Sigillo Regni communiri iussimq Datum Varsauiæ Die XX Mensis Maety Anno Dni MDCLXI° Regnorum Nostrorum Poloniæ XIII.° Sueciæ vero XIV° Anno. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli Maioris Cancellariæ Regni. Stephanus Hankiewicz Secretarius Regiæ Maiestatis. Quas quidem præcensitas Lras Actis præsentibus inseri, & easdem Partis affectantis in forma authentica extradi permisimus. In cuius rei &c. Actum & Datum vt supra.

Actum Varsauiæ Sabbatho pridie Dominicæ Passionis quadragesimalis Anno Domini Millmo Sexcentmo Sexagesimo Primo

Ad relationem Illmi & Rndmi Supremi Regni Cancellarij

Cedit Nblis Clertowa de Aduocatia Menensi Gnosó Bąkowski

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Ex. Quod comparens personaliter in assistentia Nobilis Joannis Sukorski coram Actis praesentibus Aletricae Nrae Cancellariae Majoris Regni nobis Elisabeth Clerkowa Servitoris Nri Coniunx Ultima, Vidua relicta, sana mente corpore quin per omnia exnis, recedendo à foro suo quovis proprio & competenti, praesenti autem Jurisdictioni Nrae Regiae, quoad actum hunc duntaxat sese benevole subjiciendo, palam, publice liberèque recognovit. Quia ipsa de omni solido & integro Jure suo Advitalitiali quod quale & quantum sibi Recognoscenti super Advocatiam Alenensem in Prussia una cum defuncto Manto suo serviebat & competebat ex Privilegio sibi à Nobis benigne concesso, in personam Gnosi Joannis Ignaty Bykowski Succameraey Culmensis idque vigore Consensus Nri super praedicta cessione & transfusione obtenti cessit, condescendit & transfudit, prout ex nunc & ipso facto cedit, condescendit ac realiter transfundit. Nihil sibi Recognoscenti jam amplius, Juris praetensionis aut alius tituli ad praefatam Advocatiam eiusque attinentias in universum omnes resignando & relinquendo; Verum omne ac integrum hoc idem Jus summi Advitale super praefatam Advocatiam servions, una cum attinentys & pertinentys, areis agris pratis, structuris, fundis, campis, molendinis, tabernis, Subditis Amethonibus, hortulanis, Inquilinis, laboribus, censibus, proventibus & emolumentis, necnon cum Jurisdictione Advocali, caeterisque pertinentys & adjacentys, prout in suis metis ac limitibus ex antiquo consistit, generaliter universis, nullis penitus exceptis, sed omnibus in genere & singulis in specie comprehensis, generalitati per specie & è contra in nullo derogando, prout ipsa recognoscens Vigore Juris sui advitalitij tenuit & possedit, jam exinnc & ipso facto in personam praedicti, ut praemissum est, Gnosi Joannis Ignaty Bąkowski Succameraey Culmen Cessionarey sui, ad habendum tenendum, possidendum fruendum, transfert & derivat. Intromissionem realem possessionemque per Ministerialem Regni Generalem quemcunq; & duos Nobiles Officiose acceptandam & conferendam, eidem Gnosi Cessionario suo liberè admittit, datâq; & admissarii quovis modo, non praepediturum, imo nec in possessione pacifica, ac usufructu libero, eundem Gnosum Cessionarium suum inquietaturam, in Bonis suis omnibus sese submittit, inscribit ac obligat, hac suâ recognitione & cessione, ad praemissa mediante

&c. Alias in forma Cessionis Transfusionis & Inscriptionis de Iure per fectm̃a. Quam eadem nobis Recognoscens manu sua subscrit. Elzbieta Elertowa. Incanus rogatus Actum & Datum ut supra.

Actum Varsauiæ Feria Quinta ante Dominicam Ramis Palmarum pxm̃a Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo PRIMO

Ad relationem Illmi & Rndmi Supremi Regni Cancellary

Confirmatio Iurium & Nundi næ Ciuitati Wyssogrodensi

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Oblatas esse ad Acta præsentia Aletrica Nrã Cancellariæ Alaioris Regni Lras papyraceas, sanas, saluas, omnique suspicionis nota carentes, in authentica forma ex Cancellaria Nra emanatas. Quarum literarum est tenor eiusmodi. Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Cum Reges bello inuictos, pace boni publici prouidos esse debeat, in id Nras intendimus Vires, ut post tot hostes, qui ab ipsis statim capessiti Scepri Nostri initio, Viscera Regni vodebant, atque velut totum corpus, præconcepta gangrena diffundit, ita ipsi vniuersalem inopiam induxerunt, non modo subditos Nostros beare mus, sed etiam Bonis fortunisque amplia remus. Proinde ad submissam supplicationem prosuis Ciuibus per Nos ei in vsum fructum benignè collatis

&c.

a Gnoio

à Gnosò Cuansto Ioanne à Betzec Betzecki Capitaneo Wyssogroden' & Intimionis Camerae Nrae Secretario ac Notario, interpositam, consentaneum esse duximus, ut Ciuitati Nrae Wyssogroden' Ciuibusque illius, Iura, Priuilegia, consuetudines q, antiquas, de more prisco observari solitas confirmaremus, prout quidem hisce praesentibus confirmamus. Permittentes insuper novas ordinationes pro bono & augmento hiusce Ciuitatis, inter se Ciuibus hisce statuendas, quas in futurum statutas hisce presentibus confirmamus & ratificamus. Hac cautellâ semper tamen ut istae Ordinationes, in praesentia & cum assensu Capitaneorum loci illius, nunc & pro tempore existen', vel eorum ad tales actus Delegatorum statuantur. Neve contra Iura Vniversalia Ecclesiae Romanae Catholicae, Reipublicae & Status Nobilitatis, inq, praeiudicium Vicinorum Oppidorum & Incolarum fiant. Tum ut fusius beneficentiae Nrae splendor huic adhuc Ciuitati affulgeat, nundinas illi ex veteri more observari solitas, sed ob temporis mutati dispositionem ad vsus & commoda ita mutamus & disponimus. Vt primas singulis annis pro Festo Ascensionis CHRISTI Domini: Alteras pro Festo Sancti Iacobi Apostoli, Tertias pro Festo Sancti Michaelis Archangeli. Quartas pro Festo Sti Thomae Apli: Vltimas pro Festo Sancti Josephi Sponsi Immaculatae Dei genitricis, singulas vero integro octiduo celebrent. Foralia vero iuxta antiquum morem qualibet Feria Quinta & che Sabbatino: circa quarum Nundinarum & Foralium celebrationem, quaerami observandi, tam ab Incolis, tam Aduenis ordinabuntur, à Ciuibus iuxta praetactum assensum Nrum, Nos eandem Ordinationem ratam, gratamq, habituri sumus. Promittentes Nrò & Serenissimorum Successorum Nostrorum nomine, non esse Nos Cives dictos Ciuitatemq, Nram Wyssogrodien', à concessis literis hisce & libertatibus cum Sermis Successoribus Nris amoturos, sed salvum hocce Ius in omnibus punctis & clausulis perpetuò conservaturos. In quorum fidem praesentes manu Nrâ subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae Die VI. Mensis Aprilis Anno Domini MDCXXI. Regnorum Nostrorum Poloniae XXII. Sueciae XV Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Maioris Cancellariae Regni. Cuanstus Joannes à Betzec Betzecki Capitaneus Wyssogrodien' Notarius & Secretarius Intimus Camerae Sacrae Regiae Mtis

Oblata.

OBLATA PACTORUM CUM SERENISSIMO ELECTORE BRANDEBVRGICO

Juramentum sereniſsimi Electoris Brandeburgici

Ego Fridericus Vilhelmus Marchio & Elector Brandeburgicus, in Prussia Dux. Iuro super hæc sancta Dei Euangelia pro mè & Successoribus meis Marchionibus Electoribus Brandeburgicis, in Prussia Ducibus. Quod Pacta Fœdera perpetui cum Sereniſsimo & Potentiſsimo Principe Domino Joanne Casimiro Rege Poloniæ Magno Duce Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ Liuoniæ Smolensciæ Czerniechouiæq; nec non Sueconum Gothorum Vandalorumq; Hereditario Rege, eiusdemq; Successoribus Regibus Poloniæ Magnis Ducibus Lithuaniæ, per Commissarios meos die decima Nonâ Septembris Anno Domini MDCLVI^a, Velauiæ inita & Transacta, in specie vero ea, quæ ad Tractatum cum sua Regia Maiestate remissa atque hic conclusa sunt, in omnibus, articulis, punctis, clausulis, obseruabo & manutenebo, nec eisdem siue directè siue indirectè contraueniam aut contraueniri pâtiar, subditosq; meos omnes Ducatus Prussiæ corporali Juramento obstringam ad obseruantiam supradictorum Pactorum & Fœderis perpetui. Sic me Deus adiuuet. Fridericus Vilhelmus Elector.

Assecuratio reddenda Elbingæ

Fridericus Vilhelmus Dei gratia Marchio Brandeburgicus, Sacri Romani Imperij Archicamerarius & Princeps Elector, Magdeburgi, Prussiæ, Juliæ, Cliuiæ Montium Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorumq;, nec non in Silesia Crosnæ & Carnouiæ

Camouiæ Dux, Burgrabius Norynbergensis, Princeps Halberstady & Alindæ Comes Marcæ & Ranensbergi, Dnus in Rauenstein. Notum testatumq; facimus hisce Reuersalibus Nris: quod quanquam sua Regia Maiestas Poloniæ & Succiæ, in Ratificatione & declaratione Pactorum, inter suam Regiam Mtem & Rempublicam Poloniæ, ac Nos Velauiæ, die decima Nona Septembris, Anni Psentis initorũ, & postea Bydgostiæ confirmatorum & Juratorum, in satisfactionem Nobis pleno Jure dominy, Vrbem Elbingensem concesserit. Nos tamen intuitu & ratione facta Nobis Remissionis Quingentorum Equitum de subsidio duorum Millium, vigore supradictorum Pactorum Fœderis perpetui Reipublicæ Polonicæ, als prastandorum, tum respectu declarationis nomine Suæ Regiæ Maiestatis & Reipublicæ factæ, quod muniatq; fortificationes omnes dictæ Vrbis Elbingensis, ante retractationem per Nostros Præsidiarios, destrui debeant promissa & Nos hæredesque Nros obstrinxisse, quemadmodum hisce promittimus & obstringimus, quod dictam Vrbem cum Territorio, solutis Nobis à Suâ Regia Maiestate & Regno Poloniæ ex propria pecunia publica, Quadringentis Millibus Thaleronum Imperialium & Regno in proprium Vsum pro se tantum eam vedimentibus, cedere & retradere tenebimur & posteri Nri tenebuntur, In cuius rei fidem hæc manu Nrâ subscripsimus & Sigillo Nro Electorali firmari iussimus Data Bydgostiæ die sexta Nouembris Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Septimo. Fridericus Wilhelmus Elector Locus sigilli Electoralis.

Ea Suæ Maiestate oblatis, itevum Suæ Regiæ Mtti eiusque Successoribus

Pacta ipsa Regni cum sermo Electore Brandeburgico, Valauia Prussorum concluſa.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod venerus personaliter ad Acta præsentia Metrica Nrâ Cancellariæ Majoris Regni Gnosus Florianus Krauembeeg Secretarius & Auctor Nr, palam & liberè Pacta inter Nos & Rempublicam Regni Poloniæ ab una & Sermum Fridericum Wilhelmum Dei gratia Marchionem Brandeburgen Sacri Romani Imperij Archi Camerarium & Principem Electorem &c. Primum Velauia Prussorum deinde vero Bydgostiæ con

uenta

uenta & finita, manu propriâ dicti Serenmi Marchionis Brandeburgen subsa
Sigilloque sua Serenitatis pensili, in pyxide argentea deaurata reproduxit,
petens eadem ad perpetuam rei memoriam Actis præsentibus inseri, Tenorem præ
allegatorum Pactorum tenor & series est eiusmodi. Fridericus Vil-
helmus Dei gratia Marchio Brandeburgen Sacri Romani Impery Archi
Camerarius & Princeps Elector Magdeburgi, Prussiæ, Juliæ, Cluiæ, Montium
Stetini Pomeraniæ, Cassubionum, Vandalorumq, necnon in Silesia Crosnæ & Carno
uiæ Dux. Burgrabius Norimbergen, Princeps Halberstady & Mindæ, Comes Ma
rkæ & Ravensbergi, Dnus in Ravenstein. Significamus omnibus & singulis præ
sentibus & futuris, quorum interest, Quod ad tractandum cum Serenissimo
& Potentissimo Principe Dno Joanne Casimiro Rege Poloniæ Magno Duce Lithuaniæ
Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Smolenskiæ Czerniechouiæque, necnon
Sueconum Gothorum Vandalorumque Hæreditario Rege Dno Cognato & Affine, Vro Be
nio Colendissimo, certos constituimus Plenipotentiarios, illique cum suæ Regiæ Mtis
Plenipotentiarijs, congressi, in articulos qui sequuntur conuenerint. IN NO MI
NE PATRIS, FILY & SPIRITUS SANCTI
Vnici, Venq, DEI Amen. Notum sit omnibus, quod cum superioribus an
nis, eoque ipso tempore, quo Serenmus & Potentissimus Princeps ac Dominus Dns
Joannes Casimirus Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Maso
uiæ Samogitiæ Liuoniæ Smolenskiæ Czerniechoniæq, necnon Sueconum Gothorum
Vandalorumq Hæreditarius Rex. Inclytumq Poloniæ Regnum & Magnus Ducatus
Lithuaniæ, Moschouitico bello, Cosacisque implicarentur turbis, Sueci infestis pariter
armis eandem peterent Poloniam, tandemque in Prussiam, Regiam & Ducalem
irrumperent: ita ut ipse Serenissimus Princeps ac Dnus Dnus Fridericus Vilhelmus
Marchio Brandeburgensis, Sacri Romani Impery Archicamerarius & Princeps
Elector Magdeburgi Prussiæ, Juliæ, Cliuiæ, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Cassu
bionum, Vandalorumq necnon in Silesia Crosnæ & Carnouiæ Dux Burgrabius Norim
bergensis, Princeps Halberstady & Mindæ, Comes Marcæ & Ravensbergi Dnus
in Ravenstein, eiusque Ditiones ac subditi, infestis Sueconum armis ac hostilitatibus
conuocatis, Undeque quaq, contra ipsum Sueticis copys, ita peteretur ac urgeretur
Vt cum ips ad pacta quædam, premente necessitate, fuerit adactus, indeq, hostilia
quædam inter Serenissimum Poloniæ Regem & Serenissimum Electorem Brande
burgicu

burgicum insecuta, patratagque fuerint: Tandem per singularem Dei gratiam, in
tercedente & mutuam concordiam Sermo & Potentissimo Principe ac Domino Dno
Leopoldo Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Schlauoniæq Rege, Archi
duce Austriæ Duce Burgundiæ styriæ, Carynthiæ, Carniolæq, per ipsi Consili
arium Cameræ Aulicæ & ad hoc Tractatus Ablegatum Illmum & Excellmum
Dnum Franciscum de Lisola, Dnum de Tysen & Mariefeld conciliante,
tam Sacræ Regiæ Mtis, quam suæ Serenitatis Electoralis Plenipotentiarij
ex parte quidem suæ Regiæ Maiestatis Poloniæ, Andmus Illmi & Excellentmi
Dnus Venceslaus Comes in Leszno Leszczynski Episcopus Varmien & Dnus
Vincentius Comimus Gąsiewski Supremus Thesaurarius & Campi Marschal
cus Magni Ducatus Lithuaniæ, Vilnen, Punen, Marcouien Gubernator, Œconomi
anum Olitzen & Graudentensis Administrator: ex parte vero Serenitatis suæ
Electoralis, Illmi & Excellentmi Dnus Otto Liber Baro a Schwerin, Dnus
in Landsberg Oldewigshagen, & Brewicz Hæreditarius, Electoratus Brande
burgensis Camerarius, Sermi Electoris Brandeburgensis Consiliarius status
intimus & negotiorum Feudalium Director, necnon Sermæ Electricis Supremus
Aulæ Præfectus & Capitaneus in Oranienburg & Dnus Laurentius Chri
stephorus a Somnitz Hæreditarius Camerarius in Ducatu Pomeraniæ eius
Sermi Electoris Brandeburgici Consiliarius status intimus Cancellarius in
Pomerania Ducali & Capitaneus Neocinen, necessarijs adhoc instructi man
datis, perpetuam pacem, concordiam atque amicitiam, inter prædictum Sermum
ac Potentium Regem + Poloniæ Magnumq Lithuaniæ Ducem eiusque successores & Regni
Poloniæ Magnumque Ducatum Lithuaniæ, tum Sermum Electorem Brande
burgicum in Prussia Ducem eiusque successores. His quæ sequuntur Conditionibq
pacti sint, instaurarint, atque concluserint. ¶ Prædicta Pax quem ad
modum in perpetuum fida & syncera erit, ita hoc ipso momento omnis, inter
utramque partem, Utriusque Partis Copias Milites, Subditosque hostilitas cessabit.
Neutra Pars in alterius damnum quidquam tentabit aut tentari patietur; sed
altera alterius gloriam & utilitatem & securitatem modis omnibus promovere
studebit. Quid quid vero durantibus hisce bellis, uni vel alteri Parti tam in

Regno

Regno Poloniæ, quam in Prussia Ducali, aut singulis Illorum Incolis, ab una vel altera parte damnorum, iniuriarum, molestiarumue, siue per Vim atque expeditiones Militares, siue per Exactiones, ablationes, aut alios modos illatum fuerit, illud omnè vt potè perpetua oblivione sepultum, nunquam excusitabitur, nec eo nomine, tam Sacra Regia Maiestas, Regnumque Poloniæ aut Provincia aliqua eidem vnita, aut Subditorum quispiam, cuiuscunque gradus, dignitatis, aut conditionis fuerit; quà Serenitas Sua Electoralis eiusque subditi, Milites ac Ministri, potennt se inuicem aut singulorum hæredes, vel Terras, Ditiones, belli Duces, Milites, subditos conuenire, compellare, aut quicquam ab ijs petere aut postulare, multo minus vi extorquere, sed ista omnia vtrinque abolita erunt. Saluis nominibus & debitis Ciuilibus, inter Regni et Magni Ducatus Lithuaniæ, & huius Ducatus Incolas, ante vel durante hoc bello contractis, quibus soluendis vnusquisque teneatur. Neque ij qui Præsidia Electoralia per hoc bellum habuerunt, aut quouis modo cum Seruis Electoræ aut eius Officiarijs in Regno Poloniæ contraxerunt, hoc omnè illis respectu Amicitiæ & Intercessionis Suæ Serenitatis Electoralis, a Suâ Regia Mtte ipsis indulgebitur, & nulla in re ijs contra Pristina Iura, reliquasque libertates, omnes qualescunque sint, absque vlla exceptione aut reseruatione, quibus antea fruebantur præiudicio erit. II. Qui huius belli Causâ à Polonis & Electoralibus capti fuerunt, sine lytro & relicta ijs suppellectili, quæ extabit pristinæ libertati reddantur. Si qui vero alterius Partis signa secuti fuerint, atque Militiæ sese addixerint isti relinquantur Parti nec re poscentur. Bona immobilia & literaria documenta, quæ ab vtraq; parte, ratione huius dissensionis arrestata, vel Fisco addicta fuerint, legitimis eorū Dominis restituantur, non obstantibus quibusuis donationibus, à quocunque & quouis titulo factis. III. Vtraque Pars in modernis bellorum hisce tempestatibus sedulo communi saluti & defensioni intenta erit, contra quoscunque illius Perturbatores, Pacis & mutuæ securitati stabiliendæ, pellendisque è Regno Poloniæ Magno Ducatu Lithuaniæ & Ducatu Prussiæ hostibus, vnitis consilijs, viribus ac conatibus, incumbet, non obstante quouis alio nexu aut conuentione, quæ huic æquissimæ intentioni & reciprocæ obligationi obstare posse videbuntur, vigore autem huius Pacti pro rescissis habentur. IV. Serenissimus Elector omnia quæ per vniuersum Poloniæ Regnū Magnumq; Ducatum Lithuaniæ & Episcopatum Varmiens per hoc bellum aut

Iac deinceps alter alterius commodum promouebit, damna à quo mutuo auertet. per

per Vniuersum Poloniæ Regnum, Magnumq; Ducatum Lithuaniæ & Episco-
tum Varmiensem per hoc bellum aut per tractatus fœdicos quocunque titulo occupabit
ac ipso facto possedit, statim atque hæc Conuentio, a Sua Regia Mtte & Senatori
bus, ac præcipuis Regni Aulæque Officialibus eidem assidentibus, ratihabita fue
rit restituet plenarie & absque vlla reseruatione. Euacuatio locorum fiet per Commis
sarios vtriusque partis communi consilio, iuxta solitam belli rationem, absq; iniu
ria aut molestia vlla Incolarum & sine demolitione Fortalitiorum Nouorum & anti
quorum, nisi id ex communi Partium consensu, quibusdam in locis expedire videa-
tur, & sine ablatione rei Tormentariæ ad Episcopatum spectantis. V. Quorum mutui
tui & alionum præsertim infraspecificationum & alys iustis de Causis Ducatum Prussiæ
ys finibus circumscriptum, quibus Serenus Elector, illum olim Iure Feudi, ante hoc
bellum exortum possidebat, ipse deinceps & descendentes eiusdem Masculi, ex
Thoro eius legitime procreati, indegue descendentes omnes, donec quisquam super
erit ex descendentibus Masculis suæ Serenitatis Electoralis, Iure Supremi Domi
nij cum Summa atque absoluta potestate sibi habebunt, possidebunt regentq; absq;
omnibus ante hac præstitis oneribus. VI. Quanquam vero Serenissimus Elec
tor eiusque descendentes omnes Masculi, omni prorsus Vasallagij nexu, quo
hactenus Regi & Reipublicæ Poloniæ, obstricti fuerunt, ysque omnibus quæ inde
dependent liberentur; non tamen perpetua alienatio Feudi inde sequetur; Sed de
ficientibus Masculis ex præmemorata linea vltima Electorali descendentibus Serenis
Regibus & Reipublicæ Poloniæ Ius suum integrum ad præfatum Ducatum re
seruatur & tali pacto præfatus Ducatus, a Republica Poloniæ non auelletur.
Quæ tamen reseruatio interim, ante casum existen, Iuri Supremi Dominij Sere
nitatis Suæ Electoralis eiusque descendentium nullo modo præiudicabit. Promit
tit etiam Sacra Regia Mtta tam pro se quam pro Successoribus suis se in casu non exi
stentium descendentium specialem habiturum rationem agnatorum Serenitatis suæ
Electoralis, nimirum Domus Culmbacensis & Olsbacensis & officia Collatu
ros apud Regni Comitia, vt casu Caducitatis existente, etiam illi alys præfe
rantur, & ad Successionem præfati Ducatus admittantur sub ysdem Feudi
conditionibus & obligationibus, quibus ante hac Serenus Elector, eiusque Ante
cessores illum vigore investituræ possederunt VII. Sua Regia Maiestas atq;

Rei

Respublicâ Poloniæ, hoc ipso exoluunt status, officiales omnes, Prussiæ Ducalis Subditos, priori Iuramento, quo hactenus obstricti fuerunt. Cuius loco Sermus Elector iuramento se ac subditos omnes Prussiæ obstringet, ad obseruantiam horum Pactorum & fœderis pacifici in termino extradendæ ratificationis. Et præterea vniuersi Prussiæ Ordines, Magistratus, officiales, Arcium, Portuum, Fortalitiorum, Ciuitatum Præfecti Iurabunt, se casu Caducitatis exnte Sermum Regem ac Rempublicam Poloniæ, pro solis & immediatis Dnis agnituros, eisq; omnem debitam fidem obedientiamq; præstituros, idque in singulis Ducum Prussiæ Homagijs, coram Deputatis Sermi Regis ac Reipublicæ Polonicæ repetent, iuxta formulam Iuramenti specialem, quæ hic sequitur. De die vero ad præfatum Iuramentum decernendo cum Sua Regia Maiestate vel eiusdem Legatis conuenient. COONX. Iuro quod casu Caducitatis existente, quo possessio plenumque Dominium Ducatus Prussiæ, ad Suam Regiam Maiestatem Poloniæ & Rempublicam pertinebit, iuxta tenorem Pactatus inter Suam Regiam Maiestatem & Serenitatem suam Electoralem die Decimo Nono Mensis Septembris, Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Septimo initi, Sermum Poloniæ Regem, eiusque successores & Rempublicam pro solis & Vltmis ac immediatis Dnis meis agnoscam. Eisq; debitam fidem & obedientiam præstabo. Sic me Deus adiuuet per Jesum Christum. Amen.

VIII. Deficientibus Masculis descendentibus ex Linea Electorali præsentibus superstitibus, fœminini Sexus Marchionissis descendentibus, aut his non extantibus, propinquo gradu agnitionis, suam Electoralem Serenitatem, eiusq; Posteros attingentibus, quis quis in Prussiæ Ducatu, tum temporis succedet, Summam persoluet, de qua inter Sacram Regiam Maiestatem & Serenitatem suam Electoralem conuenerit, in ipsa ratificatione ibidem quæq; exprimetur. Donec autem exoluta fuerit occupare ac possidere, dictis Marchionissis aut supradictis proximis hæredibus, licebit Præfecturam Insterburgensem, cum omnibus eo spectantibus Prædijs & Præfecturis Cameræ, quas vocant vulgo Kammer Ambster dictis, vsq; omnibus omni meliori modo vti fruiq; debebunt. Hac tamen lege vt quidquid ex fructibus dictæ Præfecturæ percipient, illud in defalcationem & extenuationem præfatæ Summæ Capitalis imputetur. Quâ persolutâ tenebuntur illam Præfecturam cedere, legitimis Prussiæ Possessoribus, nec vltra quid in illam prætendere. IX. Sermus Elector eiusque descendentes Masculi, Barones Nobiles,

Nobiles, Ciuitates & Magistratus ac Subditos omnes Prussiæ, cuiuscunq; gradus ac conditionis sint, in auitis receptisque Priuilegijs, Statutis, Iuribus ac libertatibus, huic Conuentioni non derogantibus, conseruabunt ac manutenebunt, nec quicquam in Contrarium attentabunt aut innouabunt, aut à quouis innouari aut attentari patientur. Ipsis quoq; iustitiam iuxta Ius Prussiæ, usitatum & receptum, Cateraque Statuta & Consuetudines administrari curabunt. Si quis in inferioribus instantijs grauatum se prætenderit, ad Supremum Tribunal Appellationum à Serenitate sua Electorali in Prussia Ducali erigendum prouocare poterit, ibidemque decenti modo Ius suum persequi. Vltenor Prouocatio, siue Ordinaria siue extraordinaria aut quocunque nomine veniat, nullum inueniat locum. Præses autem & Assessores istius Appellationis Judicij à Serenitate Sua Electorali eiusdemque descendentibus Masculis constituentur ex Prussiæ Ducalis Indigenis & Temigenis, ysque illi Juramentum præstabunt, nec Subditi querelas suas ad Regem Regni Poloniæ ullo modo deferre potenunt, aut ab eis admitti. Similiter Sua Regia Mtas & Respublica Poloniæ promittunt, casu deuolutionis exinde se præmemoratas Statuum Prussiæ libertates, Priuilegia, Statuta, Consuetudines, Juraque recepta integra atque salua, dictis Statibus deinceps semper conseruatur illosq; in quieta & tranquilla possone eorum omnium manutenturos, nihilq; in iis omnibus innouaturos. X. Loco Vasallagij pristini, Sermus Elector eiusq; descendentes perpetuo ac inuiolabili fœdere, Sermo Regi ac Regno Poloniæ, coniungentur, per quod Vtrusque Partis stabiliatur in perpetuum securitas, in cuius seguitur modum. XI. Serenissimus Elector eiusque descendentes fœdam cum Sermis Regibus Regnoque Poloniæ & Magnoque Ducatu Lithuaniæ colent amicitiam & Vnionem, nunquam cum Sermorum Regum vel Regni Hostibus, aliquod fœdus, directè vel indirectè inibunt, in præiudicium Regis & Reipublicæ. Transitum hostibus per ditiones suas, Portus, & propugnacula, annonam quoque & comeatum, ac qualecunque Subsidij genus ipsis denegabunt, nec Portus suos vel munitiones ipsis, quocunq; modo vel titulo in possonem tradent. XII. Subsidia, quæ in hoc præsenti bello Serenitas Sua Electoralis Sermo Regi ac Reipublicæ Polonicæ conferre tenebitur: Illa in Particulari Tractatu hac

de re

de re initò specificè designata sunt ac limitata. Quæ Conuentio vigore præsentis Pacti per omnia seruanda erit. Quoties autem finito hoc bello, nouum aliquod aliud bellum, contrà Serenum Regem ac Reipublicam Poloniæ orietur, Sua Serenitas Electoralis, eiusdemque descendentes tenebuntur Mille Quingentos Peditès & Quingentos Equites Sermò Regi ac Regno Poloniæ Submministrare, quibus postquam ex Ducatu Prussiæ Ducalis, educti fuerint. Rex Regnumq; Polonæ Sustentationem submministrabunt. XIII. Vicissim verò Sermus Rex eiusq; Successores & Regnum Poloniæ, ac Magnus Ducatus Lithuaniæ reciprocam cum Serenitate Sua Electorali eiusque Successoribus seruabunt amicitiam, nullum hostibus ipsi aditum in Suæ Serenitatis Electoralis Terras concedere, sed potius defensioni conseruationi, ac Securitati Ducatus Prussiæ, omnibus modis consulere debebunt. Præsertim si huius Conuentionis, vel subsidy missi causâ (de quo supra) Sermò Electori eiusque Successoribus, quisquam & quicunque fuerit, siue in præsenti siue deinceps bellum indicere, aut Ducatui Prussiæ infensè voluerit, Sermus Rex & Regnum Poloniæ adæquato ipsi Subsidio subuenire tenebuntur. XIV. Copys Regys per Prussiam Ducalem quando opus fuerit iter patebit, sine malefitio tamen noxa aut damno vllo Incolarum. Ordinabit quoque Sermus Elector eiusque descendentes itinerum rationes, & quid quid inde dependet. Idque vt eo rectius fieri possit, maturè aduentus Exercitus Polonici aut Turmarum, Sermò Electori aut posteris eius, vel in absentia eorum, quibus gubernatio Ducatus commissa erit à Sua Regia Maiestate, vel à Regni Generalibus vulgo Feldherren indicandus erit. Ordinationi autem prædictæ, Exercitus Polonius eiusque Duces parere necesse habebunt. XV. Pariter liberum erit Suæ Serenti Electorali, eiusque Posteris Prussiæ Ducibus, eadem ratione & cautellis supramemoratis per Poloniam ac Prussiam Regalem Copias Militares ducere, Nauibus vtriusq; Partis propys sit liber cum omnimodâ securitate præstandâ aditus atque transitus, per Portus qui sunt in alterius Partis Dominio absque præiudicio Commerciorum & Portalitiorum & cum omnimodâ eorundem securitate, de qua inter Partes deinceps conuenient. Libera quoque erit vtrique Parti in alterius Ditionibus annonæ, Comeatus ac omnis Subsidy bellici coemptio, vtraque Pars in alterius Partis Finis Militem conducere potent. Illam tamen eo nomine amicè prius compellabit, atque de super inter vtramq;

Partem

Partem de modo conueniet, prout Pardeis atque amicitiæ ac temporum ratio expostulabit, & hoc semper obseruabitur ne vllum Partibus incommodum aut Subditis damnum afferatur. XVI. Exercitium Religionis Catholicæ Romanæ, prout ante hoc bellum Suecicum, iuxta antiqua & recentia Pacta in Prussia Ducali viguit aut vigere debuit conseruabitur aut restituetur. Li bemmerit eam profiteri volentibus, nec illius vnquam ex Ducalibus Subditis, iam eam profitentibus aut in posterum professuris eam ob rem interpellabitur. Sacella itidem & Oratoria, ac Bona omnia Ecclesiastica ips appertinentia, vbiuis tam in Confinibus quam alibi integra, tuta & concessa illis erunt, in iisdemque liberè ex doctrina, institutisque Catholicis Romanis exercitium habebunt. Nemo eo nomine turbabitur premeturue, nemo Religionis Catholicæ causâ vllam, vim, iniuriam, contumeliam, molestiamue perferret, & quicunque eos aliqua minu ria affecerit seuerè punietur. Admunera & honores iis qui ex Catholicis do neri fuerint liber aditus erit. Quicunq etiam in Ducatu Catholici Barones, Nobiles Ciuitates, Jura Patroniatus, legitimis acquisiuerint modis, in locis vbi Jura illa ips competunt, iisdem vti ac frui absque impedimento & contradictione poterunt. Si vero alij Com Patroni non Romana Religioni addicti fuerint, inibi, atque tis de dicto Jure atque eius exercitio oriatur, à Commissarijs à Serenitate Sua Electo rali ex vtraque Religione pari numero constituendis componetur vel decidetur iuxta præscriptum Juris Canonici. Templum quoque Regiomontanum cum suo Cemi terio ac locis ad id pertinentibus ac fundatione alysque Juribus receptis in eo sta tu quo ante hoc bellum fuerunt aut esse debuerunt, conseruabitur. Personæ Ec clesiasticæ ys immunitatibus, & foro in posterum gaudebunt, quibus hactenus gauisæ sunt aut gaudere debuerint iuxta Pacta priora. Jurisdictio Spiritualis Reuerendmi & Excellentmi Dni Episcopi Varmien, iuxta Pacta intacta ac inte gra conseruabitur. In Parochum & omnes alias Ecclesiasticas personas Catholicæ Religioni addictas, omnibus denique Juribus, prærogatiuis ac libertatibus, gaudi tur, quæ tam in antiquis quam recentibus Pactis & fundationibus contenta sunt, quæ hic in hac actum materia denuo confirmantur, ac pro specifice expressis & declara tis habentur. Calendarium hactenus usitatum & receptum pariter retinebitur; si

militer

militer Sermus Rex Poloniæ & Respublica pro se & Successoribus suis promit
tunt, quod in casu deuolutionis, nihil in præiudicium tam Augustanæ, Lutheranæ
quam Augustanæ=reformatæ Religionis innouabunt aut attentabunt. XVII.
Commercia inter Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lithuaniæ Incolas & Ducatus
Prussiæ libera erunt ac securæ. Circa controuersias vero quascunq; # vacue commercy
& omnium inde dependentium vel eo spectantium, aut quæ ad illud quouis modo
referri possunt, Commissio instituetur ad instantiam Partis petentis, & ab
per Commissarios ex vtraque Parte ad instantiam suæ Regiæ Mttis sive
suæ Serenitatis Electoralis, pari numero intra spatium Duorum Mensium nomi
dos, amicabiliter componentur. In Dominys vero Vtriusque Partis, nulla nouæ
Theloneorum onera tam Terrestria quam maritima, quæ ante hoc bellum non
fuerunt in grauamen cuiuslibet Partium imponantur. Quod si aliqua ex re
communi de nouo imponenda aut augenda videbuntur, id partium consensu fiet.
Si super limitibus inter vtramque partem aut Subditos Vtriusque Partis, ratione
videlicet Limitum aut etiam inter suam Regiam Maiestatem ac Successores Re
ges Regnumque Poloniæ ac Magnum Ducatum Lithuaniæ & Serenitatem Suam
XVIII. Electoralem eiusque Successores circa observationem & exe
cutionem foederis ac præsentis Conventionis, aliaue quauis de Causa, aliqua
dubitatio aut controversia exoriatur, per Commissarios ad instantiam tam
Suæ Regiæ Mttis, quam Suæ Serenitatis Electoralis intra Bimestre spatium
ab vtraque Parte æquali numero nominandos, quique si opus est, in rem præsentem
venient, amicè componatur ac definiatur. XIX. De pretio, valore
ac æstimatione Monetæ, liberoque eiusdem cursu per Vtriusque Ditiones quoties
opus fuerit amicabiliter conueniendum erit. XX. Ad intercessionem
Serenissimi & Potentissimi Hungariæ & Bohemiæ Regis per præmemoratum
Dnum Ablegatum suum interpositam, necnon Sermi Electoris Brandeburgici
pro plenaria restitutione & omnimoda securitate, Cognati Principis maiorem in
modum instante, Sermi Regis Poloniæ Plenipotentiarij perspectam & explora
tam habentes, Suæ Regiæ Maiestatis, tam erga cæteros omnes ad obsequium
redeuntes, tum specialiter erga Illmum Principem Dnum Boguslaum Radzi
wil Ducem Birzanum, Dubinionum, Sluciæ & Kopyliæ, Sacri Romani Impe
ry Principem non vno documento Literario restatam benignitatem, annuerunt

&

& consenserunt, vt præfatus Princeps tanquam is, qui de facto cum debita submissione ad pristinam obedientiam fidem & obsequium, vnà cum suis omnibus iam redierit, & omni cum hostibus commercio renunciauerit, atque in posterum Sermo Regi ac Reipublicæ obsequium suum fidele vouerit, non modo Generalis Amnistiæ beneficio frui & gaudere possit; sed etiam speciali præsentis Transactionis Vigore, in Ducatum suorum Patrimonia, & omnia Bona ac Iuea ipsi legitimè competentia, in forma plenissima, vna cum suis restitutis ac restituendis intelligatur; neque ratione immunitatum, damnorum ac hostilitatum, quæ in hoc bello vel per ipsum, vel per eius Milites aut Ministros acciderunt, per viam Iuris aut facti quisquam negotium aut molestiam ipsi aut pactis ipsi sequentibus facessere possit, sed omnia fideli amnistiæ & præteritorum oblivione, huius quoque pacificationis Vigore, sepulta censeantur; Salvis nominibus & debitis Civilibus, quæ nihilominus persoluenda eruint. XXI. Pactus hoc & omnia in hoc Instrumento contenta, sanctè seruatum iri, vtraque Pars Iuramento promittet & in præsenti quidem Sermus Rex Poloniæ ac Senatores eidem assidentes, hanc Conventionem solemniter ratihabebunt ac Iuramento firmabunt. Promittentq; in proximis Comitys, aut proximo Conventui Comitiorum, potestatem habentes, omnia quæ hic concluſa ratihabitum iri. Similiter Serenitas sua Electoralis illam pari modo ratificabit & Iuramento firmabit. Atque hoc fœdus perpetuum quoties cunque novus Rex Poloniæ Electus fuerit, aut Dux Prussiæ in Ducatum Successerit, ab vtraque Parte renouabitur confirmabitur q; Iuramento desuper præstito per Deputatos in animâ Principalium Iurantes. Et si Pars alterutra huic Conventioni & fœderi contravenerit & decenter admonita satisfacere neglexerit. Pars læsa monere tenebitur Mediatores ac Sermos Reges & Status in Articulo sequenti nominatos, & eorum curâ adhibere, procurandæ satisfactioni & huic stabiliendæ concordiæ rationi, vtraq; Pars sedulo insistet vt omnia amicabiliter aquismodis componantur. XXII. Pro securitate & bonum Pactorum firmitudine fidem suam quoque vt interponant Sermi & Potentissimi Reges Hungariæ & Bohemiæ, item Daniæ Norvegiæq; denique Præpotentes Fœderati Belgij Ordines rogabuntur, vt iniuriam aut vim contra hanc Conventionem passo omni meliori modo consulant, atque debita ipsi satis

facto

factis procuretur. Confecta autem sunt à supranominatis Dnis Plenipotentiarys
hmus Pacificationis & fœderis duo eiusdem tenoris exemplaria a Sua Regia Mte
Poloniæ & Senatoribus eidem assidentibus, atque à Sua Serenitate electorali Bran
debur infra Sex Septimanas ab infrascripto die ratificanda, & Iuramento firmanda, atq;
vtrinque permutanda; quorum vnum Sua Regia Mtis Dnis Plenipotentiarys
exhibitum. Alterum vero Sua Serenitatis electoralis Dnis. Plenipotentiarys traditu
vtrumque autem in maiorem fidem, maiusque robur à supradictis Dnis Plenipoten
tiarys Vtriusque Partis, propriarum manuum subscriptione, Sigillorumque appositione
munitum & roboratum est. Acta hæc sunt Velauiæ Prussorum. Die Decimo Nono
Mensis Septembris. Anno Salutis humanæ Millesimo Sexcentesimo Quinqua
gesimo Septimo. Venceslaus de Leszno Episcopus Varmiensis Sacræ Regiæ Mtis
Poloniæ & Succiæ Plenipotentiarius. Vincentius Coruinus Gaszewski Supremus
Thesaurarius & Campiductor Magni Ducatus Lithuaniæ Sacræ Regiæ Mtis
Poloniæ & Succiæ Plenipotentiarius. F. de Lisola Sermi Hungariæ & Bohe
miæ Regis Consiliarius et ad Tractatum istum Pacis Ablegatus pro mediatione. Otto Liber
Baro à Schwerin Plenipotentiarius electoralis. Laurentius Christophorus Somnitz
Plenipotentiarius electoralis. Quandoquidem Deo cle
menter annuente Sermus elector Brande
burgicus ad Sinceram pacem & amicitiam cum Sermo Regi ac Regno Polo
niæ & Magno Ducatui Lithuaniæ, à quibus violento bellorum ingruentium ac
necessitatis inevitabilis impulsu inuitus auulsus fuerat, feliciter redierit &
perpetuo foedere ita se Sermo Regi ac Regno Poloniæ & Magno Ducatui Lith
uaniæ coniunxerit, vt mutuam vtilitatem commodum ac securitatem sincere pro
curare ac promouere teneantur. Ad quem scopum attingendum nihil expedibilius
Visum fuit, quam si communi ope Viribus ac consilio arma & studia coniungeren
tur, ad expurgandam quibusuis hostibus Poloniam & totam Prussiam Regiam &
Ducalem periculo liberandam, ac remouenda omnia obstacula, quæ communem
Vtriusque Partis tranquillitatem impediunt & optatam pacem eo citius ac efficacius
consequendam. Circa quod specialis conuentio inter Partes per eosdem. Rndmum
Illmos & Excellentmos Dnos Vtriusque Partis Plenipotentiarios, in Pacis instrumento
nominatos, stabilita fuit in eum qui sequitur modum. I. Sermus Rex & Re
gnum

gnum Poloniæ & Magnus Ducatus Lithuaniæ durante hoc bello, requisito æmorum & Militum præsidio, Sermo Elector Brandeburgensis, eiusque statibus ac Prouincys tam in Imperio, quam hic in Prussia, contra præmemoratos hostes vel quoscunq; eorum Confœderatos & adhærentes, quoties necessitas exiget succurrent. Quibus Sermus Elector quoties pro sua defensione in proprys ipsius Prouincys militabunt, victum & subsistentiam prout proprio militi suo suppeditabit. II. Similiter Sermus Elector Brandeburgensis, pro Communi Partium vtilitate, toto hoc bello durante instructum cum omnibus pertinentys & Re Tormentaria habebit Exercitum Sex Millium Militum, partim Equitum, partim peditum, quibus cum vel ipse contra supra dictum hostem aget, aut cum Polonis conjunget iuxta rerum exigentiam, habito desuper communi consilio. quibus etiam si plures fuerint Similiter Sermus REX & Respublica Poloniæ victum & subsistentiam, quam diu pro ipsis & in ipsorum Territorys sunt militaturi subministrare debebunt. Nec Sertas Sua Electoralis pendente hoc bello quidquam vltra præfatum Militum numerum subministrare tenebitur nisi sponte velet. III. Si Sueci aut eorum Assecla huius coniunctionis odio vel alio quouis colore, intra decennium post hoc bellum finiturum Sermum Electorem non solum in Ducatu Prussiæ, sed & in Imperio armis suis infestare tentauerint; Sermus REX Poloniæ & Respublica tenebuntur ipsi subuenire. Et vicissim eodem casu Serenitas Sua Electoralis per totum illud decennium post confectam pacem, tenebitur subsidio Sermo Regi & Reipublicæ a dictorum defensionem, pisdem vt supra conditionibus suppeditare. De quibus auxilys sibi mutuo ferendis specialis declaratio fiet: interim Suam Regiam Maiestatem & Serenitatem suam Electoralem in ipsa ratihabitione. Libenter quoq; erit Sermo Electori amplecti fœdus inter Sermam Domum Austriacam & Sermum Regem ac Rempublicam Poloniæ, initum ac securitatibus omnibus in illo comprehensis suum. IV. Quando vtriusque Partis Copiæ coniunctæ fuerint, expeditiones Militares omnes communi consilio & vtriusq; Partis Ordinum consensu suscipientur. Si in Terris ad Sertem Suam Electoralem spectantibus aut alys in locis sua Sertis Electoralis causâ tantum bellum geratur; Belli directio ad Sertem Suam Electoralem spectabit. Serte sua Electo

rali

rali vero absente omnia fient communi consilio. Et si opus fuerit de directione inter Principales conueniet habitor respectu & discrimine Generalium. Similiter etiam quando Copiæ Electorales, pro Sermo Rege & Republica Poloniæ certabunt &c. Jurisdictio & æqualis semper inter Milites ~~suos~~ Vtriusq; Partis ~~Jurisdictio~~ laborum, secundum numerum eorundem proporcionata distributio. In quocunque autem Territorio Copiæ tam Regiæ quam Electorales fuerint, ij quibus annonæ comeatusque cura commissa fuerit, ex æquo Vtriusque Partis Militibus secundum numerum eorum de sustentatione prospicient. V. Neutra Pars potent sine alterius scitu consensuæ Plentia Deputatorum, pacem, armistitiumue, cum hostibus pacisci, nec arma deponere, antequam Vtrique Paeti de securitate omnimoda prospiciatur ac plenaria Partium satisfactione. Sermus Elector Brandeburgensis in Pace cum Sermo Magno Moschoviæ Zuar includetur; cum omnimoda Sua Securitate & observatione fœderis perpetui & Conuentionis cum Sermo + Rege de Regno Poloniæ & Magno Ducatu Lithuaniæ initæ. VI. Cæterum cum intuitu damnorum periculorumq; quæ pendente bello Serenitatis Suæ Electoralis subeunda erunt, alysque de Causis æquum Visum fuerit. Sua Regia Maiestati & Reipublicæ, vt propensionem Suam & Regni erga Serem Suam Electoralem eiusque Indytam Domum, re ipsa de monstret Bellonum omnium dignam haberent rationem, aliquam ipsi congruam satisfactionem concedere. Et præterea Sua Serenitas Electoralis certam pecuniæ Summam vel Contributiones ad belli sumptus & necessarios Militum delectus prætendent, Rndmus Illmi & Excellentmi Dni Plenipotentiarij Suæ Serenitatis Electoralis desiderio plane satisfacere summè optauerint, atque nonnulla quæ circa hoc punctum in Mandatis habuerunt, declararint. Tamen cum ad complanandum hoc negotium, penitus atque sufficienter instructi non fuerint, res ista ad Vltionem Suæ Regiæ Maiestatis declarationem aut Conuentionem in ipsa rati habitione faciendam remissa est, ita vt nihilominus Pax interea concludatur. Interea vero Serenitas Sua Electoralis declarat ac protestatur, se ante præfatam declarationem et rati habitionem, nullatenus velle obligari ad executionem eorum, quæ in articulo Quarto Conuentionis Principalis de euacuatione locorum conuenta sunt. Quæ omnia Sancte & inuiolabiliter observatum iri Pars vtraq; sub fide sua ac Iuramento promittet prout ex nunc Rndmus Illmi & Excellentmi Dni Plenipotentiarij nomine Sermi Suæ

suorum Principalium de facto promittunt. Segue intra sex Septimanas Serm̃i Regis ac Senatorum eidem assidentium, vti & Serenitatis Suæ Electoralis rati habitionem, necnon etiam in proximis Regni Comitys eorum omnium quæ hic Acta & conclusa sunt plenam Confirmationem procuraturos. In quorum fidem hac à sæpedictis Plenipotentiarys propriarum manuum subscriõne, Sigillorumq; appositione munita roboratæq; sunt. Volaniæ Prussorum Die Decimo Nono Mensis Septembris Anno salutis humanæ Millmo Sexcentesimo Quinquagmo Septimo Vincesslaus de Leszno Episcopus Varmien. S.R.M. Poloniæ & Sueciæ Plenipotentiarius, Vincentius Corvinus Gosiewski Supremus Thesaurarius & Campiductor Magni Ducatus Lithuaniæ S.R.M. Poloniæ & Sueciæ Plenipotentiarius. F. de Lysola S.R.M. Hungariæ & Bohemiæ ad hasce Tractatus pro mediatione Ablegatus eiusdem Consiliarius. Ottholiber Baro à Schwerin Plenipotentiarius Electoralis Laurentius Christophorus Somnitz Plenipotentiarius Electoralis. Loco Sigillorum.

NOs itaque Fridericus Wilhelmus Dei gratiâ Marchio Brandeburgensis Sacri Romani Imperij Archicamerarius & Princeps Elector Magdeburgi, Prussiæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Stetini Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorumq; necnon in Silesia Crosnæ & Glogoviæ Dux, Burggravius Norimbergensis, Princeps Halberstadij & Mindæ Comes Marcæ & Ravensbergi, Dñus in Ravenstein. Testamur præsentibus pro Nobis Successoribusque Nris Electoribus Brandeburgicis in Prussia Ducibus, Nos universa & singula Capita Pactis suprasc̃is comprehensa, bonâ fide approbâsse, confirmasse & ratihabuisse, prout ea hisce nunc approbamus, confirmamus & ratihabemus. Promittentes verbo Electorali & sub fide præstiti à Nobis Juramenti, nos præditis Pactis porthac constanter inhæsuros, curaturosque ut omnia & singula Pactorum Capita, quæ à Nostra Parte promissa sunt, sancte & religiosè observentur, imo impediturq; ne à quopiam violentur: Et quoniam nonnulla in negotio coniunctionis armorum & alys ad Conventionem ima ratificationem faciendam remissa sunt, atque super ys intra supranominatam Regiam Majestatem, Regnq; publicam & Nos conuentum est modo infascio; ea secundum Conventionem initam addimus, illaq; eandem vim atque vigorem cum superioribus articulis haberi

Volumus

volumus atq; hisce ys tribuimus. Ac primo quidem cum supradicta Regia Matis
perpendens tum pericula quæ Nobis Terrisque Nris per ipsam Separationem a Pacti
bus Suecicis imminent, Tum, quæ eidem Regiæ Matti Regnoque Poloniæ per effectiua'
& actualem armorum cum eadem Coniunctionem, a Nobis demceps præstari possent
Officia tam belli quam pacis tempore, vt & alias in instrumento ratificationis Ubi
nius expressas rationes ex Senatus Consulto & Consensu Dominorum Consilianorum
tam Spiritualium quam Saecularium Nobis, Nostrisque hæredibus Masculis ex Nro thoro
descendentibus, duas Præfecturas Lauenburgensem & Butouien' cum omnibus, et singulis
Subditis, Vasallis, feudibus, libertatibus, eminentys, prouentibus, Iuribus ac pertinentys uni
uersis, tenendas, habendas fruendas vtendas & possidendas in perpetuum Iure feudi
pro se & Successoribus suis Regibus Poloniæ dederit & concesserit. Ac Nos de eis ipsis
Arcibus & Oppidis Butam & Lauenburg' inuestiuerit, Officiariosque suos & Incolas
quoscunq; ibidem Iuramentis ac subiectionibus, quibus hactenus Regiæ Suæ Matti
& Reipublicæ obstricti fuerint, Diplomate Ratificationis absoluerit. Præterea que Nos
& hæredes Nros ab omni Iuramento nec non tributis & exactionibus quibuscunq;
sibi & posteris suis Regibus Poloniæ ratione dictarum Arcium & Oppidorum præ
standis dimiserit & liberos fecerit, prout olim à Ducibus Pomeraniæ eadem Præfectu
ræ Butowiensis & Lauenburgen' tenebantur. Pollicitaque sit pro se & Succes sori
bus suis, Nos & hæredes Nros in prædictis Arcibus & eorum pertinentys, quantum
in se iisdem fuerit defensuram & tuituram. Donatarys autem, à quibus Præfectu
ræ istæ ad præsens possidentur; Vsum fructum ante hanc cessionem ipsis debitum, atq;
quidquid Iuris in illis habuerunt, inquam alia ratione dignisq; modis compen
saturam. Ita vt vacua omnino possessio & plena fructuum perceptio, Nos ex hoc
ipso tempore maneret, neque quisquam Nobis ratione satisfactionis suæ, negotium
facessere debeat, Tenebimur & obligati erimus Nos & Successores Nri ad singulas
Regum Poloniæ Coronationes Consilianos aut Officiales Nros mittere, qui hoc ipsum
Ius Feudale pro præfatis Arcibus Oppidis, ad Regnum Poloniæ pertinens recogno
scant & Literas eius Recognitionis & renouationis Feudi, quæ gratis illis da
buntur à Nouis Regibus accipiant. Quod si aliquâ legitima Causâ impediti, hoc
Officium & debitum in Coronationibus Regum Poloniæ non fecerimus. aut Successores
Nri non fecerint, alio breui tempore post coronationem id præstare curabimus aut
Successores Nri curabunt. Religionis Catholicæ Exercitium in prafatis Præfectu

ris

nis Lauemburgen & Butouien prout adhunc vsque diem fuit, liberum erit. Iu
risdictio Epi Vladislavien in templa Catholica Sacerdotes que integra maneat.
Prouentus vidlt Decimæ, Census, & si qui sunt alij, Parochis & Ecclesijs suis ex
tradentur & renuentes ad extradendum, a Prefectis Nris cogentur. Cause tam
Nobilium quam Plebeionum Matrimoniales ad forum Ecclesiasticum pertinebunt,
Nobilitas Iuribus, Priuilegijs, Bonisque suis eodem modo, ac sub immediato Do
minio Regum Polonie utebatur; sub Nobis utetur fruetur. Decreta rerum Iudica
tarum prout sub immediato Dominio Regum Polonie, post Decessum Ducum Po
meranie, lata sunt, inuiolata mancant. Gubernationis & Appellationum
ratio, eadem erit que fuit sub Ducibus Pomerania, Saluis cuiusque Priuilegijs.
Cumque Iura Patronatus Regia in iisdem prefecturis Nobis reseruata sint, Vt
ex Nobilibus & que habent iuxta Priuilegia & usum eorundem; Declaramus
quod ad Ecclesias Catholico Romanas Parochiales presentaturi sumus Sacerdotes
Romano Catholicos, ad Commendationem Episcoporum Vladislavien, ab eisdem
Epis Vladislavien instituendos, ita ne Ecclea vlra duorum Mensium Spatium
Vacare possit. Vbi vero ipsi Nos Deo sic disponente sine legitimis masculis feudi
hæredibus, vel eorum legitimi Masculi feudi hæredes, non relicta prole virili de
cederent, stirpsq & progenies Nra Masculæ & legitima deficeret; extunc præ
dicta Arces & Oppida Butan & Lauenburgen, cum omnibus suis Bonis, Subdi
tis, Vasallis, Fructibus, libertatibus, Iuribus, eminentijs & pertinentijs vniuersis
ac cum pleno Iure & posse ultra omnem difficultatem, ad Regem Regesq, poste
ros Polonie redibunt. Cum itidem Regia Mtas pro se & Successoribus suis
Regibus Polonie Magnisque Ducibus Lithuæ & Regno Nobis posterisque Nris
pariter ex Senatus Consulto & consensu Dominorum Consiliariorum tam q3
Spiritualium quam Secularium propter supramemoratas rationes Ciuitatem
Elbingensem cum toto eiusdem Districtu & Territorio, vna cum reditibus, qui
inde ad Reges Regnumque Polonie olim deferebantur; concesserit, pleno Domini
Iure à Nobis posterisque Nris habendam, possidendam, vsufructuque tenendam
atque à Regibus & Regno Polonie, adhoc vltimum bellum Suecicum, Mlllmo
Sexcentesimo Quinquagmo Quinto tenebatur & possidebatur, etiam que ad
Commercia & Iura aliarum Ciuitatum, Regianum, Pruthenicarum, nulla

Thelonea

To Domu vPana Alexandra Mrowickiego przy bytnosci ludziach wyzey mianowanych wyiezdzaiąc do Warszawy. Thomas Syxt Pabrycy Nrus Sniatynen. Extractum ex Protocollo Causarum S. R.M. Sniatynen. Locus sigilli Oppidi. Tenor secundarum Literarum. Jan Franciszek na Lubowcach Lubowicki, Kasztellan Chełmski, Starosta Punski, Adam Burkacki Czesnik Czerniechowski, Hieronym Skrzynna Dunin Sekretarz y Dworzanin Pokorny K.K. Mci Lustratorowie od K.K.M. y Rzeczypospolitey naznaczeni y Stanisław Mężkalski Skarbu Koronnego y Woiewodztw Ruskiego Bełskie Podolskie Pisarz Lustratorski. Zydzi Sniatynscy. Zydzi Sniatynscy nieprodukowali Praw swoich przed Nami; iednak przychylaiąc się do Lustracyi Anni Millmi Sexcentesimi Vigesimi Octaui, pomienionych Zydow przy Wszystkich Prawach, in quantum iakie maią od K.K.Mci wwolnosciach y zwyczaiach cale y zupełnie zachowuiemy. Jezeli wczym szczegolniey taski K.K.M. Pana Naszego Miłościwego implorare zechcą onych do Manifestacii Panskiego z Supplikacyi ich odsyłamy. Ex Protocollo Actorum Lustracion in Palthi Russiae expedit. Extracti & Datum in Ciuitate Halicz Die Sexta Februarij Millmo Sexcentesimo Sexagmo Primo. Jan Franciszek Lubowicki Kasztellan Chełmski, Punski Starosta. Adam Burkacki Czesnik Czerniechowski Lustrator Ziem Ruskich y Kola Podolskie. Hieronym Skrzynna Dunin Sekretarz y Dworzanin Pokorny Krola K.Mci. Stanisław Mężkalski Pisarz Skarbu Koronnego Lora quatuor Sigillorum. Quas quidem prainsertas Lras Nras ad Acta praesentia susapi & in authentica forma extradi permisimus. In cuius rei & Actum & Datum vt supra.

Oblata Priuilegy Oppidi Miechow

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Oblatas esse ad Acta praesentia Metricalia Cancellariae Maioris Regni Vras infrascras tenoris sequentis. Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Productas coram Nobis ee per Famatos Petrum Blasium Frankowicz Skinoski

Consulem

Consulem & Duces Mechouien, nomine
Prefatis ac Consulum totius ue Communitatis Oppidi Nri Miechow Ors
Priuilegiorum & libertatum in ys expressarum à Sermis Predecessoribus Nris
Regibus Poloniæ eidem Oppido largiti & concessarum, in parte quidem læsas
Sigillisque carentes, quæ lasio & cauulsio a Suecis tempore hostilis eorundem
inuasionis facta est, omni tamen suspicione carentes. Quarum quidem tenore
tamen specifice desumptus sequitur eiusmodi. Primum qui
dem Boleslai Ducis Predecessoris Nri sub sigillo Minori emanatum, cuius
ea sunt verba. IN nomine Ssmæ Trinitatis & Indi
uiduæ Vnitatis Patris & Fily & Spiritus Scti
Amen. Quoniam vt ait Sapiens, non est priorum memoria, nec eorum quæ
postea futura sunt erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo;
operæ pretium est gesta transitoria instrumentorum testimonio commendare
memoriæ posterorum. Ea propter Nos Boleslaus Diuinâ Miseratione Dux
Cracouiæ & Sandomiræ Vniuersis præsentibus & futuris duximus decla
randum. Quod quia Nobis legitimè constitit omnes Villas Domus Miechouien
S. Hierosolimitani Dniæ Sepulchri in Crucouien Diœcesi constitutæ per
Nros Prædecessores Duces Illustres Casimirum Auum Nrum & Gesthonem
Patrem Nostrum inclytæ memoriæ, huiusmodi libertatibus fuisse dotatas,
vt omnes Coloni ipsarum villarum & tum ips Domus, quæ amplioribus
Priuilegijs meretur gaudere, quam prædictorum Colonorum Aratores ac
Mercenarij & Aduenæ, qui vulgariter Zelazy vocantur; à Seruitute Exa
ctionis Custodiæ quæ Stroza in vulgari nuncupatt, & a pensione Mensuræ
quæ Frezna ague vulgariter appellatur & a perangaria quæ à vulgo Pod
woda nominatt, sint in perpetuum absoluti, præfatas libertates, rata ha
bemus & acceptas, vt pote pias & honestas & in fauorem Sepulchri contactu
Dniæ Corporis & sanguinis consecrati & pro remedijs animarum Parentũ
Nostrorum, dictorum ac in remissionem peccatorum Nostrorũ, necnon & pro
salute Carissimæ Matris Nræ Gryzmyslaæ, amantissimæ Sororis Nræ Salomeæ
Venerandæ Sponsæ Christi, Simulque Coniugis Nræ Conegundis, Illmum
Dominarum, easdem libertates plenissimè confirmamus. Iure perpetuo

præfatæ

præfatæ Domui valituras. Sed quia nemo debet beneficijs decipi sed iu
uari, adijcimus, accedente ex superabundanti Consensu Baronum Nostrorum
Adami Castellani & Nicolai Palatini Cracovien', vt Castellanus & Palla
tinus iidem & Successores eorum, & quidquam aliy beneficij præscriâ exactio
nes & peranganiam memoratam ac expensas videlt' Jura, quæ circa hui
usmodi exactiones & peranganiam memoratam, nullatenus in supradtis
Villis & inhabitatoribus earum, vt super Decretum est, valeant extorquere
nomine Nro & nomine eorundem: Sane si super iis exactionibus & Juri
bus commorantes homines in Villis sæpedictis à Castellano & Palatino pre
nominatis, vt ab alijs Judicibus quibusque post Tribunal Nrum, fuerint
in Judicium euocati, nequaquam teneantur in Judicio comparere, ad pre
sentem etiam Fori allegandam. Adhæc si ob hoc quod super seruis exactio
nes antedicti habitatores Villarum non soluerint, vel Jura circa has non reddi
derint, aut Ciuitati Judicio non assisterint, voluerint ipsi Castellanus vel Palati
nus sæpefati vt alij Judices, rebus aliquibus spoliare, vim vi repellendi habeant
potestatem. Cæterum si maiore vi fuerint spoliatores illorum & quorum au
thoritate fuerint spoliati, teneantur eisdem habitatoribus ablata restituere
ipso Jure ac omne interesse. Vt autem præsens senum robur publici obti
neat Instrumenti, sigilli Nri munimine duximus roborandum. Testes
vero huius rei hi sunt. - Adamus Castellanus, Nicolaus suprascripti. Zbigne
us Palatinus, Bogufalus Castellanus Sandomirien'. Voislaus Castellanus
de Matogost. Suhslaus Castellanus de Zawichost. Dnus Zasota Præpus
Skarbimirien' Fr' de Ordine Minorum, - Albertus Vars. Dapifer Sandomi
rien', Janussius Ducissæ Camerarius Cracovien'. Petrus Duoissa Camera
rius Cubicularius, Petrus Tribunus Visliceñ, Benedictus & Albertus Subbasa
gones. Twardoslaus Subcancellarius. Nedricius Sacerdos. Jacobus Joanne
Clerici & Capellani Nri & alij plures. Datum in Obrazow tempore Colloqui
Anno à Natiuitate Domini Millmo Ducentesimo Quinquagesimo Sexto Indi
ctione XVII. February. Secundum Serenmi Casimiri Predecessoris Nri
sub sigillo Maiestatis in forma maiori extradit' & licet ob vetustatem

hoc

hoc idem Sigillum fractum, nullo tamen suspicioni obnoxium, cuius ea sunt
verba. IN nomine Domini Amen. Quoniam ea
quæ per Principes rationabiliter decernuntur; solent scriptionibus authenticis
& testimonio fide digno ad perpetuam memoriam commendari. Igitur Nos
Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ, necnon Terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ Lanciciæ, Cuiaviæ Pomeraniæque Dnus & hæres. Vniuersis tam præsentibus quam futuris facimus manifestum. Quod veniens ad Nram præsentiam Religiosus Vir Frater Nicolaus de Czarnowiec Præpitus Domus Miechovien' Ord's Hierosolimitani S. Sepulchri Dominici, supplicauit Nobis humiliter & deuotè, Vt Iura seu libertates super Bonis, possessionibus, ac Villis Vniuersis ad ipsam Domum Miechovien' spectan', una cum Priuilegio à Serms Principe Dno Boleslao olim felicis recordationis Duce Cracoviæ concesso dato & obtento, super ipsis Iuribus & immunitatibus innouare & confirmare dignaremur. Cuius Priuilegy de verbo ad verbum tenor dignoscitur esse talis. In nomine Sanctæ Trinitatis & Individuæ Vnitatis Pris & Fyly & Spiritus Sancti Amen. Quoniam vt ait Sapiens non est pronum memoria &c &c. Sequitur hoc Priuilegium integrum Boleslai, ex Simili, quod extat, verso vltimo folio hoc, in altera pagina. ad verba. Datum in Obrazow tempore Colloquy anno à Natiuitate Dni Millmo Ducentmo Quinquagmo Sexto. Indictione Decima Quinta Secundo Nonas Februarij. Nos itaque ips Nicolai de Zarnowiec Præpositi Domus Miechovien', iustis fauoribus inclinati, præscriptum Priuilegium cum omnibus articulis, & clausulis, in eodem Priuilegio superius expressis ratum, gratum atque firmum haben', de certa Nra Regia Mtis benignitate & certa scientia duximus confirmandum. Postea attenta deuotione dicti Nicolai Præpositi Domus iam dictæ Miechovien', quorum deuotionem & Ordinem Dnus ac Redemptor Nr, quanto ampliori & specialiori gratia, ad Venerandum suum Sacratissimum Sepulchrum, toti mundo laudabilem reddidit & insignem, tanto ipsum Nostra Regali munificentia in suis Iuribus & libertatibus volumus cæteris antefemi, Oppidaque Miechovien'

&

& Skawyszowien cum suis Suburbys & Villas eidem Domui adiacen ac
pertinen videlt Vniciow, Zagorzyce, Strzezow, Wola Bukowska, Kalina, Soze
panowice, Smrokow, Przedawice, Jaxice, Kamiencice, Falnow, Wola Vha Pisz
nam, Vdorz, Karnow, Oludza, Nagowanie, Michałowiu, Krzestawiu, Targowska,
Chełm, Mszczowice, Noszczowice "Moszczenica" in Terra Cracou, Nieszowa in Terra Sandecen,
Stawiny y Jadowniki in Terra Sandomirien. Plawno Dzierzkow alio Dzier
kow, Chirchowice, Proboszczewice & Zaboze in Terra Radomien cum eorum omni
bus adhaerentys absoluimus abomnibus Judicys Palatinorum, Castellanorum,
Judicum, Subiudicum Administratoriumq; vniuersorum. Ita quod coram ips
vel eorum aliquo, pro Causis magnis seu paruis nullatenus respondebunt, nisi
Cmethones coram Scultetorpsorum, Scultetus vero coram Prapto dicta Domus
Mrechowien, aut ips qui pro tempore fuerit Administratore, ac Praptis, du
institiam reddere neglexerit, non alias nisi in presentia Vra Regia Mtis, du
tamen per Literam Nostr sigillo munitam euocatus fuerit, quemlantibus
tenebitur respondere. Insuper Regio fauore omnes possessiones seu villas ac ho
mines in iisdem habitantes absoluimus & integraliter relaxamus, ab omni
bus Exactionibus, collectis, Contributionibus, solutionibus, taxatio nibus, labo
ribus, Vecturis, Castrorum seu Ciuitatum ædificationibus, petitionibus, In
ribus Piscalibus à Przewod, Poduoiowe, Boue, Vacca, porco, sue & sep, ab o
mnibus alys angarys & perangarys, quæ diuersis nominibus appellantur,
penitus eximimus ac perpetuo liberamus. Cæterum dicto Præposito & Domui
Mrechowien, ex gratia concedimus speciali Villas in Dominio & granitys
ips Domus Mrechowien sapedicta, Iure Polonico & Theutonico, locare, qua
rum Villarum Cmethones quotquot locati fuerint, eodem Iure gaudebunt, quo
Oppida Scilicet Mrechowien & Scariszowien gaudent cum omnimoda facul
tate. Volumus etiam vt omnes pene qui in Judicys antedicta Domus Mrecho
wien, bannitis aut priuatis cedere consueuerunt, non ad alium quam prius ad
Præpositum, vel peripsum Deputatum adid, in Causis magnis aut paruis
quocunque casu euenerint plenarie & extoto debeant pertinere. Dantes
eidem Domui hanc Literam cum appensione Mri Sigilli Maioris in testimo

nium

nium omnium præmissorum ac robur & euidentiam perpetuæ firmitatis. Actū & Datum Cracouiæ in Castro Sancti Stanislai Martyris & Pontificis Anno Domini Millmō Trecentesimo Quinquagesimo Quarto. Præsentibus hiis Testibus Vimirano Palatino, Petro Tribus[?] Crotkine Subpincerna Cracou. Joanne Palatino, Abraamo Subpincerna Sandomirien, Wyzga Capitaneo Sandecen, Herma no Procuratore Gnli & alys quam plurimis fidedignis. Datum per manus Thomislai Vicecancellary Cur[?] Nrē. Tenhum Vladislai Regis sequitur cu ius ea sunt verba. Vladislaus Dei gratia Rex Poloniæ Lithuaniæq, Princeps Supremus & hæres Russiæ &c. Vniuersis & singulis Judicibus, Subiudicibus, Palatinis, Capitaneis Judiciarys cæteris q Camerarys Judicys in Regno Nrō Poloniæ vbilibet præsidentibus Burgra bys, Procuratoribus, Vicē Procuratoribus ad quos presentes peruenerint gratā Regiam & omne bonum. Fideles dilecti. Vidimus in Priuilegys per Nros Prede cessores Duos Reges Poloniæ Monasterio Miechouien concessis plenius contī nere. Quomodo omnes & singuli Aduocati, Oppidani, Scultheti & Emethones, prædicti Monastery Miechouiē à Jurisdictione Vrā totaliter sunt exempti. Nos ipsum Monasterium circa prænominata Jura & Priuilegia huiusmodi conseruantes, concessionibusque Predecessorū Nostrorum non p̄pimus contrane nire. Vos tamen in derogationem & contemptum Priuilegiorum Nostrorum Pre decessorum, Aduocatos, Oppidanos, Incolas, Scultetos & Emethones eiusd Monastery ad Vra Judicia permittitis euocare. Quocirca Vobis præcipimus & Mandis, quatenus peramplius Aduocatos, Scultetos, Oppidanos, Emetho nes cæterosque homines dicti Monastery iudicare nullatenus præsumatis, ipsos circa Priuilegia ipsorum relinquentes, Vt videlicet Oppidani coram Aduo catis, Emethones coram Scultetis Monastery, Aduocati vero & Scultheti corā Præpto Miechouien, vel ips qui pro tempore fuerit Administratore debent ju dicialiter respondere. Præptus vero si iustitiam reddere neglexerit, non alias nisi in præsentiā Nrā Regiæ Mttis aut in Colloquio Gnli, dum per Literas Nostro Sigillo sigillatam auocatus fuerit, tunc de se quærulantibus tenebitur respondere Insuper Vobis committimus & mandamus vt ab extensione Literarū p̄dicti Mo

Nastery

steey non plus quam sex grossos tanquam pro memoriali sub tentu grã
tia Nrã quoquomodo recipere possumus. Datum Cracouiæ Dñica Amã
ante Camis breuium. Anno Dñi Millmo Quadringentmo Trigmo Octauo. Quar
tum Ioannis Alberti Regis sub sigillo Maioris Regni Cancellariæ seguntur eiusm
ea sunt verba In nomine Domini AMEN. Ad perpetuam
rei memoriam. Splendor, vetustas & omnis honos Regiæ & cuiuslibet Ducalis Ex
cellentiæ, eo potissimum ordine elucescere conspicitur, dum sinceritatis, puræ fidei
& beneuolentiæ subditorum suorum meminit. Iura quoque & Priuilegia qui
bus plebium aquitas ac omnium dubiorum vices moderari consueuerunt, ex
plenitudine potestatis suæ, nouis vobis minimine conseruat, innouat & ratifi
cat perenniter. Proinde Nos Ioannes Albertus Dei gratia REX Poloniæ
necnon Terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ Supremus
DVX Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ, ac Culmen & Elbingen Pomeraniæq; Dnus
& hæres. Significamus tenore præsentium quibus expedit vniuersis præsenti
bus & futuris hanum notitiam habituris. Quomodo Diuino munere Prælato
rumque Baronum & Vniuersorum Regni Nri Regnicolarum fauore quan
atque curis ad regnandum in hoc inclyto Nro Poloniæ Regno primum Electi
tandem Sacro culminis Regij Diademate coronati existentes, in Penetrali
bus pectoris Nri Regij reuoluentes. Nihil magis Regium esse, quam gratias
& fauores meritis dignos munificentys compensare Regalibus, adidque lucu
brationes & sollicitudines Nras impendere Regias, quo singuli subditorum, in Iure
iustitia, moribus, consuetudine & libertatibus communibus, iustis & laudabi
libus, à Diuis olim Prædecessoribus Nris Regibus & Ducibus Poloniæ, vsq; ad præ
sentia felicis Nri regiminis tempora, liberaliter concessis, tentis & obseruatis, non
solum consentian; Verum etiam communis eorum status augeri, fauor quoque
Noster & affectus communis, Nobis publicitus tam in Electione quam Coronatio
ne felici Nra per vniuersos Regnicolas præbitus, per Nos authe, benignitate
& munificentia Nra Regia reddi possit. Non per errorem aut improuide vel
indeliberate, sed de certa scientia innataque Nobis benignitate, virtute, fauore
& deliberatione Regia Nra omnia & singula Iura Spiritualia & Secularia
Regno Terrisque vniuersis Nris Successiue hactenus concessa nouæ & antiqui

decreuimus

decreuimus confirmanda. Super idque licet Vniuersis Vestris Literas & Priui
legia concesserimus, tamen specialiter attendẽ egregiam Virtutem & animi con
stantiam Prouidorum Protonsulis, Consulum & Vniuersorum Ciuitatis Mie
chouien Incolarum, hac præsertim tempestate Regni Nri post mortem Diui olim
Parentis Nri vacantis, cuius Solio feliciter successimus in Nos exhibitam, qui
sicut ipsi olim Maiestati Paternæ fideles ac subiecti esse cupientes, neminem ali
um quam Nosmet omni desiderio & affectu, usque ad Nrã Electionem Corona
tionemq; prosperatam Visi sunt postulasse. Propter quod Nos tantæ commen
Virtutis & fidei initium, memorabile ac perpetuum esse, perpetuaq; mu
nificentia ipsos Regia ac Ciuitatem prædictam complecti, ac eos gratia eius
dem ac munificentia communis Nrã, alys Ciuitatibus subsimili Priuilegionẽ
effectu concessa participes esse cupientes, ipsius motu, scientiã, fauore & delibe
ratione similibus Nris. Omnes & singulas libertates, prærogatiuas, Priuilegia
indulta, donationes Literas & munimenta Ciuitati prædicta, per Seremos Illmos
Prædecessores Nros Reges & Principes Regni Poloniæ, sub quibuscunq; modis,
conditionibus & tenoribus, quos quidem hic haberi volumus pro insertis, iuste
tamen, rationabiliter & legitime concessas & concessa, in omnibus, punctis,
clausulis, pactibus & articulis, roborandas, confirmandas, ratificandas
& gratificari ac roborandã, confirmari, ratificari & gratificari duximus, ro
boramusque, gratificamus, ratificamus & confirmamus tenore presentium me
diante. Volentes, decerneńque illas & illa vere, perpetuo & inuiolabilis, firmi
tatis robur obtinere in euum. Promittẽ illas & illa similiter in omnibus pun
ctis, conditionibus, pactionibus tenoribus & articulis firmiter & inuiolabiliter
tenere, habere & obseruare, tenerique haberi & obseruari facere auiteme. Inci
uiusrei testimonium Sigillum Nrum presentibus est subappensum. Actum
in Conuentu Petricouien Gnli Pena Pentia ante Dominicam Inuocauit,
Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagmo Sto. Presentibus ibi
dem Illre Princpe, Rndmis, Rndisque in Chro Pr. Dnis & Magnificis, Vnblibus
Gnosis, Strenuis, & Nobilibus Fridenico Electo Confirmato Cracouien Andreã
Econsueuerant sic eo morte absumpto sacra publicis Regiã nrorum fideles ac subiecti

Roza

Roza Archiepiscopo Themonien' & Coadiutore Leopolien', Petro Vratislavien' Vnde Posnanien', Matthia Chetmen' Episcopis. Nicolao Primus Præmyslien' Petro Camenecen', postulatis Ecclesiasticorum, Iochamicamor de Tamow Castellano Spytkone de Jaroslaw Palatino Cracovien', Joanne Swidua Calisien', Nicolao de Culmo Lanciaen' & Capitaneo Maioris Poloniæ Gnli, Joanne de Oppovow Brzesien', Matthia de Stuzow Inowladislavien'. Joanne de Pilca Russia Gnli. Dobe slao de Kurozwanki Lublinen'. Andrea de Koztow Rauen', Palatinis. Joanne de Ostroog Castellano Posnan', Geslao Cancellario. Petro Thesaurario & Capitaneo Cracovien' Gnli de Kurozwanki. Gregorio de Zubramiec Scarbiminien' & Joh' Floriani Eccleam Præpto Vicecancellario que Regni Nri. Andrea de Szamotuły Calisien', Sandivogo de Czamkow Gneznen'. Nicolao de Kurozwanki Siradien' Andrea de Vrovinin Lanciacien'. Andrea de Olesnica Sandecen'. Andrea de Theiczyn Woznicen'. Nicolao de Ostrow Biecen', Stanislao de Szydłowie Radomien' Ambrosio Pągowski Rosprien', Stanislao Kmita de Wiśnicz Premyslien'. Stanislao de Niemygłow Sochacovien'. Joanne de Przyłyk Zamovien', Petro Myszkowski Vidumen'. Alberto Gurski Landen' Castellanis. Joanne de Tarnow Vexillifero Cracou'. Petro Kmita de Wisznicz Sandecen' & Scepusien' Capitaneo, Raphaele de Leszno Curiæ Nrã Marschalco. Petro de Opalenica Posnanien', Martino de Skotniki Sandomirien'. Petro de Badzim Siradien'. Floriano de Gay Lanciacien' & Nicolao de Sczawin cæteris Judicibus cæterisque Prælatis Baronibus, Curiensibus, Proceribus & subditis Nris ad præmissa Testibus sincere, deuotè & fidelibus Nris dilectis. Datum per manus Vnbris Ceslai de Kurozwanki Regni Nri Cancellarij. Quintum denique manu Sermi olim Domini memoriæ Vladislai IV. Pris & Prædecessoris Nri desideratissimi subscriptum sigilloque minori Regni communitum cuius ea sunt verba. Vladislaus IV Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &c. Significamus &c. Etsi non ignoremus Magistratum & Inwolas Miechovien' Civitatis in Palatu Cracovien' consisten', cum ipsa immunitate Ecclesiastica, tum Privilegijs Diuorum Prædecessorum Nostrorum, authoritate etiam Nrã approbatis, à quibusdam antiquioris cui oneribus præsertim à Podvodarum Submissione exemptos ac immunes esse, in eaque libertate ab

nis

ys quorum interest mento conseruari debere. Cum tamen Nobis relatum fuis
set, hoc onus eis à quibusdam impetratis sibi è Cancellaria Nra Poduodarum
Vlteris imponi & ad illud perferendum, in graue Iurium ipsorum immunitatis q3
Ecclesiasticæ præiudicium adigi. Vtque eisdem Nouo Rescripto Nro id caueremus
quo in posterum ab huiusmodi attentatis quarumlibet personarum liberi ex i
stant, Nobis per certos consiliarios Nros supplicassent, facile coadduci Nos pas
sumus ut illorum supplicationi Iuri & æquitati consentaneæ, morem gereremus.
Quo circa hoc præsenti Diplomate Nro prædictam à Poduodis, Magistratui
& Incolis Miechouien' libertatem renouari damdamq3 & concedendi esse du
ximus, vti quidem renouamus, damus & concedimus præsentibus Lris Nris
ita vt ab eo Poduodarum genre, tam quod in Summa pecuniaria pendi, quam
quod in Equis submministrandis, à Religiosis Ciuitatibus & Oppidis Villisq3
Nris persolui solet, liberi ac immunes sint temporibus perpetuis. Quod ad noti
tiam omnium quorum interest deducen', mandq omnibus cuiuscunq status
& conditionis Regni Nri Incolis, tum Nris Aulæque Nræ Seriatoribus, vt in
ea libertate Magistratum & Incolas Miechouien' consement, multo vero
minus impediant, aut idoneis eis imponant. Si vero quispiam contrarium
attentare præsumpserit, & equos curruum seu pecuniam aut quidpiam ali
ud Lris Poduodarum ipsius extorserit. Is ad Iudicium Nrum Citatus, pœ
na arbitrio Nro irroganda mulctari debebit. In quorum fidem præsentes ma
nu Nra subscras Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die
Nona Mensis Decembris Anno Domini Millmo Sexcentesimo Trigmo
Septimo. Regnorum Nostrorum Poloniæ V. Sueciæ vero VI. Anno. Vla
dislaus Rex. Alexander Trzebinski Decanus Sandomirien'. Atq3
supplicatum Nobis noe conum Oppidanorum Miechouien', vt easdem hic inser
tas Lras, licet iam à Nobis semel, generali omnium eorundem Priuilegiorum
immunitatu ac Iurium ratificatione approbauerimus, ne quid suspitionis iisdé
hostilis læsio ac violatio pariat, etiam ad præsens in specie denuo authoritate Nra
Regia approbaremus & confirmaremus, renouaremusque. Huic supplicationi
Vti iustæ & æquitati consonæ morem gerentes eadem præsentia Vtq; alia ora

dictorum

dictorum Oppidanorum Priuilegia Iuraque ac libertates ys contenti, eadem
qua prius authoritate approbamus, ratificamus, renouiamus, nulliq; dubie
tati subiacere declaramus, decernẽs easdem in ommibus conditionibus, pun
ctis, articulis, atque toto sensu (in quantum Iuri communi non repugnant, vsuq;
eorum habetur) rum & robur, cuius antea fuerunt immutabile ac perpetuum
habere debere. Et quoniam Diui Prædecessores Nri inter alias libertates, hanc
peculiariter Oppidanis Miechouien atq; aliorum Oppidorum & Villarum ad
Monasterium seu Domum Sepulchri Dominici adiunctis Priuilegys suis lar
giti sunt, successoresque suos ad manutenẽ obstrinxerunt, videlt ut Incolæ
dicti Oppidi & aliorum Bonorum à fœndo onere Poduodarum, quocunq;
nomine & occasione subministrandar sint liberi ac exempti. Proinde Nos
quoque Prædecessorum Nostrorum pys intentionibus non contrauenien, imo vti
iustas manutenen, eandem libertatem præsentibus reassumimus & Cives,
Incolas Miechovien & aliorum sæpedictæ Domus bonorum Subditos, conser
uamus ysdem præcipien, ne ab vllo piam officialium, Auliconum & Nunci
orum, tum etiam Militarium Officialium Nostrorum, ad præfatum opus
vocentur aut quoquo modo adigantur; multo minus ex nomine Summas
pecuniarias exigere, seu eques violento modo accipere audeant neque tenent.
Pœ gratiæ Nræ & sub pœnis in Contrafactores seu Detinentes Priuilegiorum
Nostrorum sancitis. In cuius rei fidem Presentes manu Nra subscriptas Sigillo Re
gni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die XXI. Mensis Maj An
no Domini Millmo Sexcentesimo Sexagesimo Primo Regnorum Nostrorum
Poloniæ & Sueciæ XIII. Joannes Casimirus REX. Confirmatio Priuilegio
rum inserorum Oppidanis Miechouiensibus. Andreas Miaskowski Abbas
Premonstrien Regens Cancellariæ Regni. Locus sigilli pensilis Majoris Cancellariæ
Regni in pixide plumbea expressi. Quas quidem præinsertas Lras Nos ad Acta
præsentia inseri & ingrossari iussimus. In cuius rei fidem præsentibus Sigillum
Regni est appressum. Actum & Datum Varsauiæ sub tempus Comitio
rum &c Vtupra.

Actum

Actum Varsauiæ sub tem
pus Comitiorum Re
gni Gnlium Sabbath°
pridie Dominicæ Ssmæ
& Individuæ Trinita
tis Anno Dñi Millmo
Sexcentmo Sexagmo
Primo

Ad relationem Illmi & Rndmi
Supremi Regni Cancellarij.

Declaratio Priuileg super Molendinum Gnoso Branicki

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

vlg. Oblatas esse ad Acta præsentia Metrica Nra Cancellaria Mariens Regni Literas infrascras manu Nra subscras & Sigillo Minoris Cancellaria Regni communitas, sanas, saluas, illæsas, omnique suspicionis nota carentes. Quarum quidem Literarum tenor est eiusmodi. Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Quod quemadmodum pro singularibus in Nos & Rempublicam meritis, præclareque gestis Gnoso Joanni Branicki Rothmagistro Nro, Molendinum in Villa Korzow dicta in Paltu Betzen sitt' post decessum olim Gnosi Joannis Ciekanowski ad Nos & dispositionem Nram Regiam devolutum, de manibus modernorum quorumuis nullo Iure possonē eximen, atque in suam

possonem

possionem aliqua alia via Juris, modo & ordine, vindican Num declaramus consensum; Ita & præsentibus Ln's Nr's eundem Gnoum Joannem Branicki Roginum Num circa præfatam gratiam Nram plenè & integrè conseruamus atque manutenemus. Declaramus quoque Jus memorati Gnoi Donata ry & Rothmagri Nri optimè de nobis & Republica meriti (non obstantibus quibusuis Priuilegys si qua piam ex Cancellaria Nra ad male narrata ema nata fuerint) prius, potius, firmius & validius ad idem Molendinum esse, atq; omnes defectus illius, in quantum reperiuntur abolemus & de plenitudine po testatis & gratiæ Nræ Regiæ supplemus. In quorum omnium fidem præ sentes manu Nra subscras Sigillo Regni communiri iussimus &. Datum Varsauiæ Die VI Juny Anno Domini MDCLXI. Regnorum Nr stronum Poloniæ & Sueciæ XIII. Anno. Joannes Casimirus R. C. X. Jo annes Gniński Regens Cancellaria Succameranius Pomeraniæ Capitaneus Gnesnen. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Quas quidem &c. In quo rum fidem &c. Actum & Datum ut supra.

Consensus eximendi Molendinu Korczow Gnoso Branicki

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Oblatas esse ad Acta præsentia Mtis Nræ Cancellariæ Maioris Regni Lras infrascras, manu Nra subscras & Sigillo Maioris Cancellariæ Regni communitas, sanas, saluas, illæsas, omnique suspicionis nota carentes. Quarum quid Literarum tenor est eusmodi. Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Declare Nos dare q; Presentibus Ln's Nr's facultatem & consensum Nrum Regium Gnoso Joanni Branicki Rothmagro Nro, optimè de Nobis & Republica merito, Mo lendinum in Villa Korczow dicta Pathi Betzen situm post decessum Gnoi Jo annis Cickanowski ad dispositionem Nram Regiam devolutum, de manibus modernorum quorumuis nullo Jure possorum eximendo ac in suam possessionem

ordinis

v.g.

ordinanâ Iuris via vindican. Quod quidem molendinum modo præmisso exemptum, cum omnibus eiusdem attinentys & pertinentys, agris, pratis, campis, hortis, fundis, pascuis, sylvis, piscinis, lacubus, stagnis ac quibusuis commodis & emolumentis antiquitus eodem spectan & prout defunctus Venerosus Cechanowski tenuit, habuit & possedit, idem quoque Gnâs Ioannes Branicki Roth Magister tenebit, habebit & possidebit, illoque quietè & pacificè vtifruetur ad extremâ vitæ suæ tempora. Promittentes vtp Nobis & Sermis Succonibus Nris, non esse Nos eundem ab vsu & pacifica possone amoturos, neque amouendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum & integrum Ius Aduitale conseruaturos, quod & Sermi Succores Nri præstabunt. Post decessum autem ips, non prius præfatum Molendinum ad dispositionem Nrâ redibit, quam Summa ibidem descra, vel ex Taxa Commissionum Nostrarum prouenies, integrè Succonibus ips persoluta fuerit, Iuribus Nostris Regalibus Reipublicæ Ecclesiæq; Catholicæ Salvis. In cuius rei fidem præsentes manu Nrâ subscras Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Cracouiæ Die XXXI. Mensis Decembris. Anno Domini MDCLX. Regnorum Nostrorum Poloniæ XII. Sueciæ vero XIII. Anno. Ioannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Maioris Cancellariæ Regni. Andreas Miaskowski Abbas Przemetens Regens Cancellariæ Regni. Quasquidem præinsertas &c. In cuius rei &c. Actum & Datum vt supra.

Litera Gn Fredro resionan Pincernatum Premyslien

Ioannes Casimirus &c. Significamus &c.

vtp. Oblatas esse ad Acta præsentia Metricæ Nrâ Cancellariæ Maioris Regni iussu Illmi ac Rndmi in Chro Pris Dni Nicolai in Prazmow Prazmowski Epi Luceorien & Brestien Supremi Regni Cancellarey &c Lras resigillatas, ad eundé Illmum & Rndmum Episcopum Luceorien à Gnoso Alexandro Petro Dapifero Premyslien exaratas & manu propria subscras. Quarum quidem Lras

vti

panum Rector & Senes Vebonum talis est. Intitulatw. Jasnie Wielmoznemu
a mnie Wielce Mże Panu JKMx. Mikołaiowi z Prazmowa Prazmowskiemu
z łaski Bozey Biskupowi Łuckiemu Opatowi Sieciechowskiemu, Kanclerzowi
Wielkiemu Koronnemu Memu Wielce Mnowemu Panu. Pandem intus. Jasnie
Wielmozny Mże Xiąże Kanclerzu Koronny. Moy wielce Mże Panie. Oddawszy Vsługi moie WMM Panu uniżoney prozbę moią do WMM Pana. Będąc y laty y chorobą kilkoletnią iuż zwątlony a Vrzędu na sobie trzymaiąc Cześnikowstwa Przemyskiego, wiz dosyć czynić Vrzędowi temu y vstudze Ziemi mocy niemogę. Przez List do JCKMcia Pana mCMtoraźnie składaiąc wrzuć JCKM. Vrząd ten, a za Siestrzencem moim Panem Michałem Nowosielskim, zasłużonym dobrze JCKM. y Rzeczypospolitey tudzież Obywatelem tuteczynim prosząc aby temże Vrząd confermowanemu JCKM raczył. Tosz WMM Panu iako Wielkiemu Referendarzowi denuncio, y ze Vrzędu tego trzymać iuż niemogę dania. Aby iednak transferri mógł na tegoż mogę prosząc. Gotowbym był y ad Acta stanąć ktorekolwiek dla resignacyi, lecz że mi tego choroba moia ciężka niedopuszcza, List ten moy iako do JCKMcia tak y do WMM Pana na mieiscu teyże to moiey aby był resignacyi Prozę. Powtore tedy WMM Pana vpraszam aby Promocią swoią wsparł tego Siestrzeńca mego, yzeby odmegs Vrząd ten oddalony niebył efficere raczył. Vkaże tym JCKM, ze memor zostawi zasługi ludzi między sobie y Rzeczy pospolitey zasłużonych, ale y wdzięczności moiey dla pozitek mieiaki, gdy in hoc munere ze kmie moiey obaczę. Ocoiteratis Vicibus WMM Pana wielce vpraszam, poki życia y tu ieszcze stanie Pana Boga prosić za WMM Pana obowięzuiąc się. Ktoremu mskie Vsługi moie pilno oddaię. w Radłowicach Die Decima Quinta Februarij Millesimo Sexcentmo Sexagmo Primo. WMM wielce M Pana życzliwy y powolny sługa. Alexander Fredro Cześnik Przemyski. Quas quidem &c. Inquorum &c. Actum & Datum ut supra.

Offert. Manifestone Skrzy
dto Ministerialis

Joan.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

vp. Quod comparens personaliter coram Actis presentibus Prouidus Simon Skrzydło Ministerialis Regni Gnlis, ex suo authentico Instrumento omnibus bene notus Manifestationem suam ratione infrascriptorum in scripto parato produxit sub tenore tali. Prouidus Simon Skrzydło Ministerialis Regni Gnlis authenticus & Juratus, post quam à Nobili Dobrogostio Kalisz turbatus & aliquoties vexatus est; intuitu relationis cene Citationis ex instantia Succesorum olim Admi Rndi Marini Kalisz Canti Varsauii super Nblem Jacobum Jeziorkowski exportate, coram Officio & Actis Castrensibus Capitaneatibus Varsauien Feria Secunda post Dominicam Exaudi Anno Millmo Sexcentesimo Quinquagmo Octauo recognite, tum quod ab eod Nbli Dobrogostio Kalisz & per vanas eius (prout facile cognosci potest) ordinatas personas comminatio deturbatione Judica sibi facta est, obuiando omni litigio Juris hanc suam Manifestationem & fidelem mi vim a relationis facit Relationem. Quod recensitam Citationem ex instantia Succesorum olim Admi Rndi Kalisz superdictum Nblem Jacobum Jeziorkowski, vere ac realiter ad Bona Sokotowo Zasciennie Sortem Succesorum olim Nblis Joannis Jeziorkowski, parentis prædicti Jacobi recepta de manibus Nblis Valentini Sobolewski Citatione eadem, cum scitu Supranominatorum Succesorum, Sabbatho ante Dominicam Misericordia Anno Dni Millmo Sexcentesimo Quinquagmo Octauo exportauit & ipsi cito in manus tradidit & publicauit, præcauendo itaque sua in omnitati & litigiosa turbationi præsertim in sua senili ætate, fatorum inæuitabilium proximus exns euincendo recensitam relationem, tam coram Actis Castrens Varsauien recognitam, hanc suam in præmissis facit Manifestationem ac fidelem suam recognitionem, offerens se præmissa etiam in quouis foro si id de Jure necessarium foret omni rationum genere comprobatum & euincturum. Quam quidem præinsertam Manifestationem Nos ad Acta præsentia suscipi & ex ydem in authentica forma Parti postulanti extradi permisimus. In cuius rei fidem Presentibus Sigillum Regni est appressum. Actum & Datum vt supra.

Actum

Actum Varsauiæ sub tem
pus Comitiorum Regni
Gnlium Feria secunda
postridie Dominicæ Ssmæ
& Individuæ Trinitatis
Anno Dñi Millmo Sexcen
tesimo Sexagomo Primo

Ad relationem Illm. & Rndm
Supremi Regni Cancellarij.

Roborant Contractum Mag.
Thesau Regni & Gnosi Droho
iowski & Skolimowscy

Joannes Casimirus &c Significamus &c.

Quomodo coram Actis Metricæ Nræ Cancellariæ Maioris Regni comparen' r.p.
personaliter Illis & Magnicus Joannes Casimirus in Krasne Krasinski
Supremus Regni Thesaurarius, Nouemesten' Prasnen' Lucen' Capitaneus Nr
abina & Gnosi Adrianus Drohoiowski, Adamus Skolimowski & Hedwigis
a Golgow Consors eiusdem, in assistentia dicti Mariti sui paetibus ab altera, men
tibus corporibusque per omnia existentes sani, & foro suo & Jurisdictione quaiis
propria & competenti vltro receden', præsenti autem Jurisdictioni Nræ Regiæ quoad
infrascra attinet sese cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo ac incorporand'
palam, publice liberequè recognouerunt, præsentibusque per expressum vebis diser
tis recognoscunt. Quia ipsi Intercisam seu Contractum ceetum inter se Recogn

scentes

scentes mutuo & adinuicem, ratione certarum rerum & conditionum, in eodem Contractu specificatar', de actu & Data hic Varsauiæ Die Decima 3tia Mensis Iunij Anno currenti Millmo Sexcentesimo Sexagmo 2do" facti' & conscripti' manibusque suis propys subscripti', in omnibus ac singulis eiusdem Intercisæ seu Contractus contentis, punctis, clausulis, articulis, nexibus ac ligamentis approbarunt, roborarunt, ratificarunt & confirmarunt, prout iam ex nunc & ipso facto in toto ac per omnia, mutuo & adinuicem, præsenti suâ personali re cognitione approbant, ratificant, roborant & confirmant. Non aliter ac si hic Actis præsentibus de verbo ad verbum insertus esset, eidemque Intercisæ seu Contractui esse, in omnibus punctis, contentis, ac conditionibus eius ab vtrinq; & adinuicem satisfacturos & illum plenarie adimpleturos submittunt obligant ac inscribunt. Idque sub vadio Septem Millium Sexcentorum florenorum polon' in eadem Intercisa seu Contractu contento expresso & apposito Et in Casu eiusdem Intercisæ seu Contractus contrauentionis, Fonum sibi Castren' Capitaneale Camenecen' Masouiæ assignarunt. Alias in forma approbationis & roborationis de Iure perfectiua. Quam manibus propys subscripserunt. Joannes Casimirus in Kzasne Supremus Thesaurarius Regni Rl.s Adrian Drohoiewski, Adam Skolmowski. Jadwiga Skolmowska. Quam quidem roborationem Nos ratam & validam manere volentes eandem ad Acta &c. In quorum &c. Actum & Datum vt supra.

Consensus cedendi Capneatu Zomzen' Supremo Thesaurario

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

v.p. Quomodo comparens personaliter coram Actis præsentibus Illus & Magnificus Joannes Casimirus in Kzasne Kzasinski Supremus Regni Nostri Thesaurarius &c. sanus mente & corpore exns, sow suo quouis propino omisso & Iurisdictione competenti posthabitâ, præsenti vero in se, posteros ac Bona sua, beneuole assumptâ, palam publice & libere produxit Consensus duos, unu' quidem

quidem Nnúm, altenum vero Seveníssimæ Consortis Nræ, super cessionem faci
endam de Capitaneatu Lomzen, Castro, Iurisdictione & annua Duorum
Millium florenorum polon pensione, in personam Gnósi Ioannis Bonaventuræ Kra
sinski filij eiusdem Illms & Magnici Offerentis. Quorum quidem Consensuum
tenores sunt eiusmodi. Primi quidem Contextus talis. Ioannes Casiminus &c
Significamus &c. Quod cum Sermá Ludovica Maria Poloniæ & Sueciæ Regina
Coniunx Nrá Charissima, vigore Iuris sui Reformatory super Oeconomia Lomzensi
seruientis præbuerit Consensum suum Magnúo Ioanni Casimiro Krasinski Su
premo Regni Thesaurario Lomzen Prasnicen &c. Capitaneo Nro, ut possit & vale
at Capitaneatu Lomzensi videlicet Castro & Iurisdictione, cum annua Duorum
Millium florenorum polon pensione cedere, Iusque suum Aduitale in personá
Gnósi Ioannis Bonaventuræ Krasinski filij sui transferé & transfundere; su
per id quoque Nos Consensum Regium dari & concedi esse duximus, damus
& concedimus præsentibus Ins Nris. Quæ quidem Cessio Iurisque transfusio, postea
quam coram Actis authenticis Regni quibusuis facta & recognita fuerit, Nos
eam ratam & gratam habituri sumus, uti quæ de Consensibus ut Iuris & mons
est peragetur. Vigore cuius Cessionis ac præsentis Nri Vri & Sermæ Reginæ Con
sensus, supramemoratus Gnósus Ioannes Bonaventura Krasinski, eundem Capitaneatu
Lomzen cum Castro & Iurisdictione, tum annua Duorum Millium florenorum polon
vnius pro die & Festo Circumcisionis Dni, altenius autem Mille florenorum pro
Festo Sancti Ioannis Baptæ à Tenutario Oeconomiæ Lomzen pro tempore exnti
soluendorum pensione tenebit, habebit & possidebit ad extremá vitæ suæ tempora.
Promittentes pro Nobis & Sermis Successoribus Nris, nonesse Nos Sermosque Successores
Nros Poloniæ Reges, abrsu & pacifica possessione eiusdem Capitaneatus, cum
Castro & Iurisdictione annuaque pensione amoturos & alienaturos, neque amo
uendi & alienandi cuipiam potestatem daturos, sed saluum & integrum Ius
Aduitale eidem conseruaturos, quod & Sermi Successores Nri præstabunt. Iuribus
Nostris Regalibus, Reipublicæ Ecclesiæque Catholicæ saluis manentibus. In quo
rum fidem præsentes manu Nrá subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus.
Datum Cracouiæ Die XXX. Mensis Decembris Anno Dni MDCLX. Re
gnorum Nostrorum Poloniæ & Sueciæ XIII. Anno Ioannes Casimirus Rex.

Consen

Consensus ad cedendum Capitaneatu Lomzensi cum Casro, Jurisdictione Sanna Duorum Millium florenorum polon Pensione Magnifico Thesaurario Regni in personam Gnon Krasinski filij sui. Stephanus Hankiewicz Secnus Regia Mtis Locus Sigilli Maioris Cancellaria Regni. Alenius Rto series enusmodi. Ludovica Maria Dei gratia Regina Polonia & Sueciae. Significamus &c. Quia Nos insistendo Juri Nro reformatorio, quod Nobis super Capitaneatum Lomzen competit, Magnifico Joanni Casimiro Krasinski, Supremo Regni Thesaurario Lomzensi, Prasnicen &c. Capitaneo Consensum Nrum dari & concedendum esse duximus, ut possit & valeat de omni & integro Jure suo Aduitalitio, quod ipsi super Capitaneatum Lomzen vidett Castrum & Jurisdictionem cum annua Duorum Millium florenorum polon pensione semit & competit, cedere Jusq; suum Aduitale in personam Gnosi Joannis Bonaventura Krasinski filij sui transferre & transfundere, damusque & concedimus praesentibus Lris Nris. Quae quod Cessio Jusque transfusio, accedente adid expressissimo Regia Mtis Dni ac Consortis Nri Charissimi Consensu, posteaquam coram Actis authenticis Regni quibuscunque facta & recognita fuerit, Nos eam ratam & gratam habituri sumus, uti quae de Consensibus uti moris & Juris est peragetur. Vigore cuius cessionis ac praesentis Nri & Regia Mtis Consensus supramemoratus Gnosus Bonaventura Krasinski, eundem Capitaneatum Lomzen, cum Castro & Jurisdictione, tum annua duorum Millium florenorum polon, annis pro die & Festo Circumcisionis Dni, alterius autem Millefloren pro Festo Sancti Joannis Baptae a Tenutario Oeconomiae Lomzen pro tempore existenti solvendorum pensione, tenebit habebit & possidebit ad extrema Vitae sua tempora. Promittens pro Nobis, non esse Nos abrsu & pactis posse eiusdem Capitaneatus cum Castro & Jurisdictione annuaq; pensione amoturos aut alienaturos, neque amovendi & alienandi cui piam potestatem daturos, sed salvum & integrum Jus Aduitale eidem conservaturos. Juribus Regalibus, Reipublicae Ecclesiaque Catholicae Salvis manen. In quorum fidem praesentes manu Nra subscras sigillo solito communiri iussimus. Datum Cracoviae Die XIX. Mensis Januarij Anno Dni MDCLXI. Ludovica Maria Krolowa. Consensus ad cedend Capitaneatu Lomzen Magco.

Thesauri

Thesaurario Regni in personam Gnōsi fily sui. Locus sigilli sacra Reginalis Maiestatis. Quos quidem praemissos Consensus Actis praesentibus inseri iussimus. In quorum fidem &c. Actum & Datum ut supra.

Cedit Maō Thesaurarius Regō de Capneatu Lomzeń Filio suo

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quomodo coram Actis Mentca Nrā Cancellaria Maioris Regni, comparens personaliter Illūs & Magcus Joannes Casimirus in Krasne Krasinski, Supremus Regni Thesaurarius, Nouomesteń, Prasneń Lucceń &c. Capneus Nostermente & corpore per omnia sanus exūs à foro „ suo & Iurisdictione quauis propria & competenti, ultro receden, praesenti autem Iurisdictioni Nrā Regia, quoad infrascā attinet sese cum bonis suis generaliter omnibus subjecień ac incorporań palam publicè libereq; recognouit, praesentibusq; per expressum verbis diserris recognoscit. Quia ipse inhaerendo Lūs „ Consensui „ unius quidem Nri, alterius vero Sermā Conjugis Nrā Charmā de actu & Data Cracouiae Die XXX Mensis Decembris Anno pxmē elapc MDCLX datt, de omni & integro Iure suo quodcunque sibi, iuxta originale Priuilegium super Capitaneatum Lomzeń, Castrum, Iurisdictionem & annuam Duorum Millium florenorum florenorum polon, ex summa Sex Millium floreń prouenień, Resciō Nō hac de re prolixius obloquente, pensionem, seruiebat ac competebat, seruiregue ac competere poterat ac debebat, in personam Gnōsi Joannis Bonauenturae Krasinski Fily sui, cessit, abscessit & condescendit, cum omnibus eiusdem Capitaneatus Oppidis, Castro, Iurisdictione & annua supratacta pensione, Villis, praedys, Curys, sylvis, nemoribus fluuys, lacubus, molendinis, Tabernis, omnibusque ac singulis, subditis, eorum laboribus ac emolumentis, ubisque in genere & specie comprehensis, attinentys & pertinentys ad dictum Capitaneatum Lomzeń modo praemisso cessum spectań. Nihil sibi Recognoscenti ad sapedictum Capitaneatum Lomzeń spectań eiusq; quasuis

attineń

attinen' & pertinen', similiter ad Castrum Iurisdictionem exercen', præallegat
tam Pensionem percipien' ad præsens in personam Gnósi filij & Cessionarij sui
transfuss', Iuris, prætextus, colons, aut tituli alicuius, relinquendo reservando
aut excipiendo; Verum omne Ius ac dominium sibi eorumq; super præmissa servien'
in dictum Gnosum filium Cessionarium suum cedén transfunden' ac transfe
ren'. Insuper isidem Illns & Magnificus Recognoscens, Intromissionem cor
reali & pacifica possessionem per Ministerialem Regni Gnlem & Nobles duos, in præsi
dium Capitaneatus Lomzen' eiusque quasuis attinentias, officiosè dan' & con
feren', suprascr' Gnosó Cessionario suo libere dat & admittit, id que Vigore Iuris
ac Priuilegij sui originalis sibi servien'. Alias in forma Cessionis de Iure possi
ma'. Quam manu propria subscr'. Ioannes Casimirus in Krasne Krasinski
Supremus Regni Thesaurarius. Lomzen', Prasnen &c. Capitaneus. Quam
quidem Cessionem Nos ratam & firmam ac de Iure validam habere volentes
eandem Actis præsentibus inseri, exindemq; &c. Inquorum &c. Actum &Da
tum Vt supra.

Consensus cedén Aduocatiæ Po morze M. Regni Thesaurario

Ioannes Casimirus &c. Significamus &c.

Ex. Quod coram Actis præsentibus comparens personaliter Illns & Magnus
Ioannes Casimirus in Krasne Krasiński Supremus Regni Nr Thesaurarius Nouomesten' Prasnen' &c. Capitaneus Nr, mente & corpore perora
sanus exns, Consensum Nrum cedendi de Aduocatia in Villa Pomorze dicta
in personam Gnói Ioannis Bonaventura Krasiński filij eiusdem de data Var
sauia die X Mensis Iuny Anno præsenti concessum & ex Cancellaria Nostri
Maioris Regni authentice emanatum reproduxit subtenoris sequenti. Ioannes
Casimirus &c. Significamus &c. Consensisse Nos & permisisse, consentiq; &
permittere præsentibus Lris Nris Magnifico Ioanni Casimiro Krasiński Supre
mo Regni Thesaurario Capitaneo Nro Lomzensi vt possit & valeat de omni
&

& integro Iure suo sibi super Aduocatiam in Villa Nrâ Pomorze Tenutæ Opinogurcñ in Pathû Masouiæ Terrâ vero Gechanouiensi sitt' sentien cedere, illudque coram Actis quibuscunque Regni authenticis in personam Gnoñ Joannis Bonauenturæ Krasinski filij sui transferre & plenarie transfundere, ita vt post factam eam Ilmé cessionem, vigore eius præsentisque Consensus Nñ, prædictam Aduocatiam cum omnibus hortis, arcis, fundis, pratis, agris, pascuis, ædificijs, lacubus, piscinis, fructibus, emolumentis, Subditis, eorumque censibus, laboribus attinentijsq & pertinentijs vniuersis, antiquitus ad eandem Aduocatiam spectañ memoratus Gnosûs Joannes Bonauenturâ Krasinski, teneat, habeat & possideat illaq quiete ac pacifice vtatur, ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimus vero pro Nobis & Sermis Successoribus Nris, non esse Nos, Sermosque Successores Nros memoratum Gnosûm Bonauenturam Krasinski, à possone dictæ Aduocatiæ amoturos aut alienaturos, neminique amouendi vel alienañ potestatem dahi ros, sed saluum & integrum Ius Aduitale ipsi conseruaturos. Post decessum vero ipsi, non prius Sui Successores eadem Aduocatia cedent, quam Summa in Literis originalibus expressa, vel ex Taxa Comissionum Nostrorum prouenies, iisdem Ilmé persoluta & integre numerata fuerit. Iuribus Nostris Regalibus, Rei publicæ Ecclesiæque Catholicæ Romanæ salvis manen. In cuius rei fidem præsentes manu Nostra subscras Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die X Mensis Junij Anno Dñi MDCLXI. Regnorum Nostrorum Poloniæ & Sueciæ XIV. Anno. Joannes Casimirus REX. Locus sigilli Maioris Cancellariæ Regni. Joannes Ignatius Boskowski Succameranius Culmen. Quem quidem præinsertum Consensum Actis præsen inseri iussimus. In quorum &c. Actum & Datum vt supra.

Cedit eadem Aduocatia Mag̃ Thesaurarius Filio suo

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quemodo coram Actis Metricæ Nrâ Cancellariæ Maioris Regni comparens personaliter Illris & Magnicus Joannes Casimirus in Krasne Krasinski

&c.

Supremus

Supremus Regni Thesaurarius, Nouomestenſ, Rasnenſ, Lucenſ Capitaneus Noster
mente & corpore sanus, per omnia exñs, à foro & Iurisdictione sua quamis propria
& competenti vltro recedendo, presenti autem Iurisdictioni Nrã Regiæ, quoad
infrascriã attinet sese benevole subyciendo, palam, publicè libereque recognouit, præ-
sentibusque verbis diserris per expressum recognouit. Quia ipse de omni solido &
integro Iure suo quod quale & quantum sibi Recognoscenti super Aduocatiam
in Villa Nostra Pomorze dicta Tenutæ Opinoguenſ, in Pallù Masouiæ, Terra vero
Cechanouienſ sitt' & iacenſ spectabat & competebat, ex Priuilegio sibi à Nobis be-
nigniè concesso, in personam Gnosi Ioannis Bonauenturæ in Krasne Krasinski filij
sui, idque vigore Consensus Nñ de actu & data hic Varsauiæ die X. Mensis July
Anno currenti MDCLXI' super præsenti cessione & transfussione obtenti, cessit,
abscessit condescendit & transfudit; prout iam ex nunc & ipso facto cedit, abscedit
condescendit ac realiter transfundit. Nihil sibi Recognoscenti iam amplius Juris
prætensionis, aut alicuius tituli ad præfatam Aduocatiam eiusque attinentias
in vniuersum omnes reseruan' & relinquen'; Verum omne ac integrum hoc
idem Ius suum Aduitale super prafatam Aduocatiam seruiens, Vna cum attri-
nentys & pertinenſ, arcis, agris, pratis, structuris, fundis, campis, molendinis, ta-
bernis subditis, Cmethonibus, hortulanis, Inquilinis, laboribus, Consibus, prouen-
tibus & emolumentis, nec non cum Iurisdictione Aduocali, cæteroque pertinentys
& adiacentys, prout in suis metis ac limitibus ex antiquo consistit, generaliter
vniuersis, nullis penitus exceptis, sed omnibus in genere & singulis in specie com-
prehensis, generalitati per specialem & è contra in nullo derogando, quæ ipse Illñs
& Magnicus Recognus vigore Iuris sui Aduitalitij tenuit & possedit, in per-
nam prædicti ut premissum est Gnosi Filij Cessionarij sui ad habenſ, tenenſ pos-
denſ fruenſ transfert & deriuat. Intromissionem realem possessionemque per Mi-
nisterialem Regni Gnlem quemcung, & duos Nobiles officiose acceptan' & confe-
renſ eidem Gnoso Cessionario filio suo liberè dat & admittit, datamq, & ad-
missam quouis modo non præpeditunum imo nec in posseñ pacifica ac vsu fructu
libero eundem Gnosum Cessionarium suum inquietaturum in Bonis suis

omnibus

omnibus sese submittit, inscribit ac obligat, hac suâ recognitione & cessione ad præmissa mediante. Alias in forma Cessionis, Transfusionis & Inscriptionis de iure perfectâ. Quod & manu propria subscrit. Ioannes Casimirus in Krasne Supremus Regni Thesaurarius. Prasneń Nouemń, Capneus. Quam quidem Cessionem Nos ratam & firmam manere volentes eandem ad Acta præsentia &c. In quorum &c. Actum & Datum ut supra.

Consensus cedeń Villa Gielczyn Magnico Regni Thesaurario

Ioannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod coram Actis prasentibus comparens personaliter Illis & Magcus Ex.
Ioannes Casimirus in Krasne Krasinski Supremus Regni Thesaurarius Nouemesten Prasneń Capitaneus Noster, Consensum Num cedendi de Villa Gielczyn in personam Gnoń Ioannis Bonauentura Krasinski Filij sui obtulit, sub tenore sequenti. Ioannes Casimirus &c. Significamus &c. Consentisse Nos & permisisse, consentireque & permittere præsentibus Lis Nis Magnio Ioanni Casimiro Krasinski Supremo Regni Thesaurario Capitaneo Nro Lomzeń ut possit & valeat de integro Iure suo Aduitalitio quod sibi super Villam Gielczyn in Pathu Mazouia Terra Lomzeń siti competit, cedere illudque in personam Gnoń Ioannis Bonauenturæ Krasinski filij sui plenarie transferre & transfundere. Quæ quidem cessio Iurisque Transfusio, postaquam coram Actis quibusuis Regni authenticis facta & recognita fuerit, Nos eam ratam & gratam habituri sumus Vi earum quæ pranio Consensu Nro peragetur: Vigore cuius Cessionis & præsentis Consensus Ni memoratus Gnoús Ioannes Bonauentura Krasinski, prafatam Villam cum omnibus agris, pratis, campis, syluis, nemoribus, lacubus, piscinis, pascuis, stagnis, arcis, ædificijs, fluuijs, Molendinis, subditis, Censibus, laboribus, vibus, fructibus, commodis, emolumentis, attinentijsq; & pertinentijs vniuersis, eo antiquitus spectań, nullis planè exceptis tenebit habebit & possidebit ad extrema Vitæ suæ

tempŕ

tempora. Promittimusque pro Nobis & Sernis Successoribus Nris nonesse Nos Sernosq;
Successores Nros prænominatum Gnosum Ioannem Bonauenturam Krasinski ab
usu & pacifica posone suprascriptorum Bonorum amoturos aut alienaturos, neq;
Magcos fratres suos cum Monum Successoribus quietauit, præsentibusque suis cum successoribus perpetuo & in æuum quietat, alys tamen Successionibus, nihil de rogando. Nihil sibi Recognoscenti aut suis Successoribus iam amplius, respectu præallegatæ Bonorum Diuisionis, Iuris, prætextus, prætensionis, colonis, aut tituli alicuius relinquendo aut excipiendo, sed plenariam iterum atque iterum satisfactionem recognoscendo. Alias in forma Quietationis de iure perfecta. Quam manu propria subscrit. Hieronymus Wierzbowski Palatinus Siradien. Quam quidem Quietationem &c. In quorum fidem &c. Actum & Datum ut supra.

Actum Varsauiæ Feria Quinta postridie Festi Sanctæ Mariæ Magdalenæ Anno Domini Millesimo Sexcentmo Sexagesimo PRIMO.

Ad relationem Illmi & Rndmi Supremi Regni Cancellarij

Protestatur Rndmus Epi scopus Cracouien

Ioannes Casiminus &c. Significamus &c.

v.p.

Quod coram Actis præsentibus Metricæ Nræ Cancellariæ Maioris Regni constitutus personaliter Illmus & Rndmus in Chro Pater ac Dnus Andreas Trzebicki Episcopus Cracouien DUX Seueriæ, in animi & corporis dispositione sanus per omnia exns, foro suo quouis proprio & competenti omisso, præsenti autem Iurisdictione Nra Regia, quoad actum præsentem duntaxat

Spectat

spectat, in se benevole assumpta, palam, vivo & libere eiusmodi Manifestatio
nem fecit, facitque praesentium vigore. Quia quemadmodum ille ex debito mune
ris sui Senatory, necnon ex Officio dignitatis Episcopalis (quae in Regno hoc Po
loniae simul post susceptam Religionem Christianam & Catholicam, coniuncta
& coadunata sunt) in Generali Regni hic Varsaviae, proxime & immediate
Anno curren' celebrata Comocatione, in facie totius Reipublicae, viua & diserta
voce, inhaerendo etiam declaratoni nrae, tum temporis per Illmum & Rndmum
in Chro Patrem ac Dominum Nicolaum in Brazmow Brazmowski Episcopum
Luceonen' & Brestен' perpetuum Abbatiae Siecichovien' Admnrem Supremum
Regni Nri Cancellarium publice facta, protestatus est, se nulla ratione consen
tire velle ac posse super pensionem & exactionem, per sex florenos numeri &
Monetae Polonicae à singulis centum florenis, per omnes ac singulos Mercatores
& Negotiatores in Regno Nro Dominysque ei annexis degentes, ratione for
tunarum & mercimoniorum cuiuscunque generis & speciei exigen' & solven';ita
quoque & nunc insistendo praeallegatae Suae Protestationi, hic coram Actis pre
sentibus contra Constitutionem, eo nomine ad Acta Castrensia Capitanealia
Varsovien' inter alias porrectam, in forma Iuris perfecta & numeris omnibus
absoluta, itenum atque itenum protestatur. Eamque ob defectum unanimium
Ordinum Consensus invalidam iuxta Regni huius Iura & consuetudines de
bere esse. Praesertim cum videat & perspiciat praeallegatam pensionem & exa
ctionem per sex florenos à singulis centum florenis exigen', conscientys Mer
catorum & Negotiatorum Christianorum gravem, onerosam, neque sine ma
gnis periculys, quibus gravissime Divina Maiestas laeditur & ob ea perpe
trata Regna, Imperia, Civitates, denique maximis supplicys puniri apostoli
Matrimus fieri & ad executionem deduci posse, quod tot exempla partim
externa partim interna testari. Alias in forma, Manifestationis, Protesta
tionis & declarationis de Iure perfectissima & plenissima. Quam manu
propria subscrit. Andreas Trebicki Episcopus Cracovien'. Quam quidem
Protestationem Nos ad Acta praesentia suscipi & exysdem fideliter de ver
bo ad verbum &c. In quorum fidem praesentibus Sigillum Regni est ap
pensum. Actum & Datum ut supra.

Quietatur

Quietatur Gn̄ Gankowski per Rndmū Epūm Cracovien.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod constituti personaliter coram Actis præsentibus Metrica Nræ Cancel
lariæ Maioris Regni, Illmus ac Rndmus in Chro Pater ac Dnūs Andreas
Trzebicki Episcopus Cracovien. DUX Seuerie, sanus mente & corpore ex-
foro suo competenti omisso & Jurisdictione propriâ posthabita, præsente vero
Nostra Regia in se benevolè assumptâ, palam ultro & liberè recognouit, præsenti-
busque recognoscit. Sibi à Gnoso Simone Gznikowski Thesaurario Nuren, vide-
ne Summa Decem Millium florenorum Polon, sibi per eundem Gnoūm The-
saurarium, coram Actis Castren Capitaneatibus Czerscen recognita & Insol-
præ, plenariè & omnimodè satisfactum esse. Ob quam quidem plenariam &
omnimodam satisfactionem prædictum Gnoūm Simonem Gznikowski, quietat
libenum, absolutumq, facit ac pronunciat & Inscriptionem præallegatam cas-
sat & annihilat. Alias in forma Quietationis de Jure præscripta. Quæ mā
nu propria subscr. Andrzey Trzebicki Biskup Krakowski. Quam quie-
tationem &c. In quorum &c. Actum & Datum ut supra.

Manifestantur Illrmus Regni Cancellarius, Majorica Procan cellarius & Marschalcuriæ

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod coram Actis Cancellariæ Majoris Regni constituti personaliter
Illmus ac Rndmus in Chro Pr ac Dnūs Nicolaus in Prazmow
Prazmowski Episcopus Luceorien & Bresten Supremus Regni Cancellarius
Abbatiæ Siecuchovien perpetuus Administrator, Præpūs ad Sanctum Mi
chaelem

Michaelem m. Arc Cracouien, atque Illres & Magnici Ioannes Comes à Leszno Regni Prolancellarius. Reginalis Maiestatis Supremus Aulæ Præfectus, Generalis Maioris Poloniæ, Mariaburgen, Kasunen Capitaneus Nr, Lucas de Brun Opalinski Curiæ Regni Marschalcus Rubiszowien & Capitaneus Nr, palam vltro & liberè eiusmodi Manifestationem fecerunt. Quia quemadmodum illi vna cum alijs Illmis Regni Senatoribus, hic Varsauiæ, in Conuentu Generali Omnium Ordinum pxe celebrato, Consensum suum super Constitutionem de exigenda pensione à Mercatoribus & Negotiatoribus Regni per florenos sex à singulis Centum florenis polon minime præbuerunt, imo eidem tam nro quam suis nominibus publicè ex iustissimis & grauissimis causis contradixerunt, consimili modo & nunc contra eandem Constitutionem, inhærendo declarationi Nræ per Nos facta solenniter protestantur, eamque ab disensum multorum inualidam deberè eseè declarant; præsertim cum videant eiusmodi Constitutionem onerosam Conscientys Mercatorum & Negotiatorum fore, neque sine magnis periculis & læsione Diuini Numinis ad executionem deduci posse, sufficereque quod prædicti Mercatores & Negotiatores Regni Summam Centum Quinquaginta Millia floren numeri & monetæ polon pro necessitatibus Reipublicæ Nræ Donativi exoluere & in Thesaurum Regni inferre teneantur. Alias in forma Manifestationis & Protestationis de Iure prefecta. Quod manu propria subscripserunt. Nicolaus Prazmowski Episcopus Luccoien Supremus Regni Cancellarius. Ioannes de Leszno Prolancellarius Regni. Lucas Opalinski Marschalcus. Quam quidem Protestationem ad Acta præsentia &c. In quorum &c Actum & Datum vt supra.

Protestatur Rndmus Epi scopus Kiiouiensis

Ioannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod coram Actis præsentibus Metricæ Nræ Cancellariæ Maioris Regni constitutus personaliter Illmus & Rndmus Dnus Thomas Vieyski Epi

vp.

scopus

Scopus Kiiouiensis sanus mente & corpore exns palam ultro & libere prote
status est in & contrà Constitutionem, quasi in pxmè præteritis Comitys, ratione
Calculationis per Vnblem Ioannem Rozycki Præpstum Gnesnen, Supremum The
sauri Notarium ex Comeatu per Paltus & Terras, pro alimentatione Exercitus
Germaniu percepto, in pxmè peragenda Leopoli Commissione faciendæ laudat.
Quæ quidem Constitutio licet in publico Ordinum Consensu, quantum ad dtu
Vnblem Ioannem Rozycki non fuerit lecta, tamen ad Acta Castren Varsavien
inter alias Constitutiones ponenda est. Ideo memoratus Illmus & Rndmus
Episcopus Kiiouien, inhærendo suæ declaraoni & Protestationi in facie totius
Reipublicæ, ratione Vnblis Lipski Præpositi Iezouien facta, iterum
atque iterum contra prælegatam Constitutionem uti Ordini Spirituali & im
munitati Ecclesiasticæ præiudiciosam protestatur, eamque inualidam esse, neq;
vlla ratione subsistere posse, sine diminutione libertatis Ecclesiasticæ & sine cen
suris declarat. Quod manu propria subscripsit. Thomas Vieyski Epus Ki
iouiensis. Quam quidem Protestationem Nos ad Acta &c. In quorum &c.
Actum & Datum ut supra.

Quietatur Gn Szelino per Gnosum Dziboni.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

vp. Quod coram Actis præsentibus Metrica Nræ Cancellaria Maioris Regni
comparens personaliter Gnosus Joannes Dziboni Secretarius Noster Mune
ranum ac Fericidinarum Epatus Cracovien Clauis Kielcen Tenutarius &
Admin, sanus mente & corpore exns, fore suo quouis omisso & Juris dicti
one propria posthabita, presentib vere quoad hunc actum, benevolè ac spon
te, palam, ultro & liberè recognouit. Quia ille nomine Illmi ac Rndmi
Dni Patris ac Domini Andreæ Trzebicki Epi Cracovien Ducis Seue
riæ, ugore Plentiæ manualis sibi dne vigna Mensis July Anno current
date & manu propria Suæ Celsitudinis subscriptæ tum & nomine Vnblis Ca
pituli

pituli Ecclesiæ Cathedralis Cracou' & Episcopatus Cracouien' quorumuis Administratorum & negotiorum gestorum, potissimum vero Nobilis Stanislai Bernacki Bonorum Zraine Episcopatus Cracouien' in Claue Zieleń' facti', famuli prædicti Illmi Episcopi Cracouien', Gnosum Thobiam Szeling Contributionis dictæ Accisæ in Ciuitate nostra Thorunensi Arendatorem, ratione quarumuis pretensionum, ad hanc vsque diem interceden', ob plenam & sufficientem satisfactionem memorato Illmo Episcopo Cracouien' factam & prastitam quietat libenum absolutumq; facit ac pronunciat. Nihil præcensito Illmo Episcopo Cracouien', aut eius quibusuis Administratoribus & negotiorum gestoribus Iuris aut alicuius alterius pretensionis ad dictum Gnosum Thobiam Szeling aut eius Successores relinquendo aut reseruando, sed totalem satisfactionem itenum atq; itenum prastitam esse recognoscendo. Bannitionem insuper præcensitam Gnosum Thobiam Szeling in Iudicijs Ordinarijs Gnibus Petricouien' Tribunalis Regni Feria Sexta post Festum Conuersionis Sancti Pauli Apli proxma, Anno præsenti obtentam & publicatam cassando, annihilan' & mortifican', silentiumq; perpetuum toties dicto Illmo Episcopo Cracouien' ratione præmissorum eiusq; omnibus Administratoribus, negotiorumque gestoribus, præcipue vero Nbli Stanislao Bernacki, ratione quarumuis pretensionum ad sæpius dictum Gnosum Thobiam Szeling hucusque habitar' imponendo. Et quatenus præallegata Bannitio in omnibus & per omnia in Iudicijs Tribunalitijs cassetur & annihiletur conceden' & permitten'. Alias in forma Quietationis & Cassationis de Iure perfecta. Quam manu propria subscrit. Jan Dziboni Sekretarz JKM. imieniem Jasnie Oświecone JMXdza Biskupa Krakowskiego Xięzcia Siewierskiego iako Pleni potent od tego JMci scriptem zapisany. Quam quidem Quietationem &c. In quorum &c. Actum & Datum vt supra.

Quietatur idem Gn' Szelino per eundem Dziboni

Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Mehrica

Nra

Nrae Cancellariae Maioris Regni comparens personaliter Gnosus Ioannes Dzibowi Secretarius Noster Minerarum ac Fericidinarum Episcopatus Cracovien' Clavis Kielcen' Tenutarius & Administrator; sanus mente & corpore exns, sponte quibuvis propriis omisso & Iurisdictione propria porthabitâ, praesenti vero in se Posteros ac Bona sua quoad actum hunc benevolè assumpta, palam Vtro & libere recognovit praesentibusq; recognoscit. Sibi Recognoscenti per Gnosum Thobiam Szeling, Contributionis dictae Accisa in Civitate Nra Thorunien' Arcidatorem & Administratorem pro illo tempore, ratione Summae Centum Sexaginta vnius flo renorum polon' & grosorum Octo quasi indebitè praetextu Contributionis fuisse exto ta, alianimque quamvnuis pretensionum, inter se Recognoscentem & praeci tè, censitum Thobiam Szeling ad hanc usque diem intercedentem plenarie & omnimode satisfactum esse. Ob quam quidem plenariam & omnimodam satisfactionem si bi modo praemisso praestitt', praefatum Gnosum Thobiam Szeling eiusque Successores in forma Iuris quietat, libenum absolutumq; facit atque pronunciat. Nihil sibi Re cognoscenti aut cuipiam alteri ad praenominatum Gnosum Thobiam Szeling respectu praeallegatae Summae Centum Sexaginta vnius florenorum & grosorum octo resevan', imo silentium sibi perpetuum, suisque quibusvis Successoribus imponen', & quatenus Bannitio super toties dictum Gnosum Thobiam Szeling in Iudicys Tribu nalibus Petricovien' eo nomine obtenta cassetur & authoritate eiusdem Iudicy Tribunalis annihiletur concedent, vna cum toto Processu hac de re agitato. Alis in forma Quietationis & cassationis de Iure perfecta. Quod manu propria subsent. Ian Dzibowski Secretarz JKM. Quam quidem Quietationem &c. Inquor Acta Actum & Datum vt supra.

Oblata Ratificationis Articuli ratione Traditionis Elbingae.

vp. Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Quod veniens personaliter ad Acta praesentia Metricae Nrae Cancellariae Maioris Regni Gnosus Ioannes Tidemius

cus Matthias Status Sermi Fidenci Dei gratia Marchionis Brandeburgen
Sacri Romani Impery Archicamerary & Principis Electoris, Magdeburgi, Pru
sia Iuliæ, Cliviæ, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorumq;
nec non in Silesia Crosnæ & Camoviæ Ducis Burggravy Norimbergen Principis
Halberstady & Mindæ Comitis Marcæ & Ravensbergi Dni in Ravenstein
Secretarius Intimus, palam Ultro & libere ratificationem per Nos Articuli sepa
rati ratione traditionis Civitatis Elbingen, de data Varsaviæ in Convocatione
solenni die vigmâ Sexta Mensis Iunij anno pxmè elapso Millmo Sexcentesimo
Sexagesimo factam, manu Ntrâ subscriptam Sigillogue Regni Majoris Cancellariæ
munitam, reproduxit. Petens eandem ratificationem ad Acta Comitia suscipi
& ad perpetuam rei memoriam inseri. Cætenum prælegatæ ratificationis
tenor & series verbotenus talis est qui sequitur. NOS Ioannes Casi
mirus Dei gratiâ REX Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Rus
siæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Livoniæ Smolensciæ Czerniechoviæq;, Nec
non Succonum Gothorum Vandalorumq; Hæreditarius REX. Significamus omni
bus & singulis quorum interest Quodcum Illmi, Illres, Magnici & Gnosi Nostri
& Reipublicæ Commissarij ad Tractatus Pacis perpetuæ inter Nos, Regnumq;
Nostrum Poloniæ & Magnum Ducatum Lithuaniæ Ntrosq; Fœderatos & belli So
cios ab vna & Sermum Regem Regnumq; Sueciæ parte ab altera, Obviæ Institutos
Illmis, Illribus, Magnicis & Gnosis Sermi Electoris Brandeburgici Commissarys
articulum separatum Declaratorium articuli secundi, qui de Amnestia & rein
tegratione Juriu in Instrumento Pacis habetur, vt sequitur edidernt, isq; à
Partibus acceptatus sit. Nos infrascri Sacræ Regiæ Majestatis Reipubli
cæque Polonæ ad Tractatus Polono Sueticos Legati Plenipotentiarij, notum fa
cimus quorum interest, vel ullatione interesse potent vniuersis & singulis
Quando quidem Instrumento Pacis Principali hodiæ subscto Articulus Amne
stiæ, In quo tam Communitatum quam singulorum Jura redintegrantur,
formâ generali conceptus est & nulla specialis acquisitorum, quam in Prussia
Ducali quam extra eandem Sermo Electori Brandeburgico per Pacta, cum
Sacra Regia Majestate Reg; publica, primum Velauiæ, demum Bydgostiæ
mita ac Constitutione Comitiali approbatâ, Suæ Serenitatis Electoralis Juri

um

um, Vt pote Independentiæ Ducatus Prussiæ, Condescensionisque in Feudum Bytowien. & Lœburgen. Districtuum in Palatinatu Pomeraniæ existen, tum & Juris competentis in Ciuitatem Elbingensem nec non Præfecturam Drahey men. in eodem facta est mentio. Ne id in præiudicium memoratorum Suæ Sere nitatis Junium Electoralis trahi posset, plures modi, ratione Inclusionis præ dictorum in præfato Amnestiæ Articulo propositi fuere. Cum autem Pactibus ne quaquam satisfacere potuissent, tandem prudenti Illmi & Excellentmi Do mini Christianissimi Regis Legati mediatione ac indefesso studio, maturan Pacis gratia conuenit, Vt peculiari Articulo, qui tamen pro inserto Pacis In strumento haberi, eiusdemque Valoris esse debet, ea ipsa Jura Sermo Electori cauerentur, quod & factum est, à Legatione Suetica per sequentem articulum tenoris eiusmodi. Legatio Suecica declarat Sermi Regis Regnig Suecia nomine, ea quæ in Instrumento Pacis articulo secundo de redintegratione Juri um disponuntur, non debere concernere Dithones, Status, Ciuitates, Terras & Loca quæ à Sua Serenitate Electorali possidentur, nec eo trahenda: Neque obstare eun dem articulum quo minus Suæ Sereniti Electorali, Elbingæ Jura, quod eidem Suæ Serenitati Electorali competere potest tenenda tradatur, Saluis de cæter eiusdem Ciuitatis Priuilegijs & immunitatibus, tam in Ecclesiasticis, quam Pol iticis, Saluo itidem Jure retractus Conuentionalis, Sermo Regi & Reipublicæ Poloniæ quoad Elbingam. Qui quidem Articulus tanquam si in ipso Instru mento Pacis esset inscitus, ibidemque cum alijs appositus, eiusdem cum eo valoris (Vt supradictum est) esse habeique debeat. Proinde & Nos infrascri Legati Com missarij, cum plena potestate Sacræ Regiæ Maiestatis & Statuum Reipublicæ eorundem nomine, mentem Nram præsenti itidem Articulo, quem pro inserto & eiusdem cum Instrumento Pacis valoris haberi volumus, declaramus, palá facimus. Articulum Amnestiæ generalis in Instrumento Pacis contentum nullatenus posse vel debere Juribus suæ Serenitatis Electoralis, tam antiquis quam nouiter acquisitis & in specie Traditioni Elbingæ Ciuitatis, iuxta Pa cta cum Sua Serenitate Electorali inita derogare & præiudicare; imo eadem Pacta in omnibus eorundem Articulis punctis & clausulis, Salua & integra conseruari & manutenen. In cuius rei fidem Præsentem declarationem manibus

Nris subscripsimus. Sigillisque Nostris Gentilibus roborauimus Die Petria May Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo. In Monasterio Olinensi Georgius Lubomirski Supremus Marschalcus Generalisque Exercituum Regni, Joannes Comes de Leszno Palatinus Posnaniæ, Maioris Poloniæ Generalis Mariaburgen Cursunen Capitaneus, Nicolaus Prazmowski Episcopus Luccoinin & Brestn Regni Cancellarius Supremus. Christophorus Pac Supremus Magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarius. Joannes Andreas Morstyn Referendarius Regni. Vladislaus Rey Thesaurarius Curiæ Regni. Joannes Gninski Succameranius Pomeraniæ Capitaneus Gnesnen. Nos itaque Joannes Casimirus eadem Gratiâ REX Poloniæ Magnus DUX Lithuaniæ &c &c &c. Promittimus & recipimus Regio Nro Successorum ac Posterorum Nostrorum & Reipublicæ Poloniæ nomine, Nos præmissum Articulum omniaq; & singula, in eo cõprehensa capita, approbare & ratihabere, sicuti vigore quoque præsentium approbamus & ratihabemus, ita vt eiusdem authoritatis, cum Instrumento Principali esse debeat & haberi, nec passuros vt a bello Reipublicæ status, vasallo, officiali aut subdito, quouis modo violentur; cauemusque Diplomata Ratificationis huius Pacis, tam hoc Nostrum quam Senatorum & Equestris Ordinis à nobis & Republica Poloniæ Lege Comitiali Delegatorum, in proximis Comitijs Regni Gnalibus Constitutionibus & volumini Legum Reipublicæ inserturum ivi. In cuius rei fidem & certitudinem, hasce manu Nra subscripsimus & Sigillo Regni communiri iussimus. Dabantur Varsauiæ in Convocatione Solenni Die XXVI. Mensis Junij Anno MDCLX. Regnorum Nostrorum Poloniæ & Sueciæ XIII. Joannes Casimirus REX Locus sigilli Regij appensi. Stephanus Hankiewic Secretarius Regiæ Maiestatis. Tandem vero vidē Gnōus Joannes Fridericus Matthias post productionem præinsertæ Ratificationis articuli separati declaratorij, ratione Traditionis Ciuitatis Elbingen per Nos modo præmisso factæ, obtulit ad inserendum Actis præsentibus Ratificationem Regni Nri Magnique Ducatus Lithuaniæ Lege Comitiali Delegatorum Commissarionum eiusdem Articuli Declaratorij sub tenore sequenti. NOS Senatores & Equestris Ordinis à Sermo Rege & Republica Poloniæ Lege Comitiali delegati Commissarij constare volumꝰ quorum interest vniuersis & singulis quod cum Illmi atq; Excellentmi Dni Sacræ Regiæ Maiestatis

Dni

Dnī Nīr Clementiss. & Reipublicæ Commissary, ad Tractatus Pacis perpetuæ inter Sacram Regiam Maiestatem Dnūm Nrum Clementissimū Regnumque Poloniæ & Magnum Ducatum Lithuaniæ conundemque foederatos & belli Socios ab una & Serenmam Regiam Maiestatem Regnumque Sueciæ Parte ab altera Olivæ instituto, Virtute Potestatis à Sacra Regia Maiestate tum & à Republica illis facta, Illmis & Excellentmis Dnis Serenmis Electoris Brandeburgici Commissarys, Articulum separatum declaratorium Articuli secundi, qui de Amnestia & de redintegratione Iurium in Instrumento Pacis habetur & seguitur edicterint, isque à Partibus acceptatus sit. Nos in absentia Sacræ Regiæ Maiestatis Reipublicæque Polonæ ad Tractatus Polono Sueticos &c &c. Scribatur ergo integer hic Articulus seperatus, de suo tenore, Similis, qui est versis retro duabus chartis, ad verba. Joannes Gninski Succameranus Pomeraniæ Capitaneus Gnesnen. Nos Senatores & Equestris Ordinis à Sermo Rege & Republica Poloniæ Lege Comitiali delegati Commissary, promittimus & recipimus, Vi potestatis Nobis à Republica concessæ, nomine eiusdem, Nos premissum Articulum omniaq & singula in eo comprehensa Capita, iuxta Constitutionem Regni Anni Millesimi Sexcentesimi Quinquagesimi Noni approbare & ratihabere, sicuti Vigore quoque præsentium approbamus & ratihabemus; ita ut eiusdem authoritatis cum Instrumento Principali esse debeat & haberi, Nec passuros ut ab illo Reipublicæ statu, Vasallo, Officiali aut Subdito, quouis modo violentur. Cauemusque & promittimus, Diploma Ratificationis huius Pacis, tam Sacræ Regiæ Mtis quam hoc Nostrum, in proximis Comitys Regni Generalibus, Constitutionibus & Voluminī Legum Nostranum inserendum iri. In quorum omnium fidem, præsens hæc approbatio Manuum Nostranum subscriptione, sigillisque nomine Senatus Celsissimi Primatis Regni, nomine vero Deputatorum ex Ordine Equestri Illmī Dnī Succameraty Pomeraniæ, tanquam pmē præfectorum Comitiorum Marschalci firmata & roborata, eaque eandem vim atq; robur, ac si omnium atq; singulorum Deputatorum appensa essent sigilla habitura est. Datum Varsaviæ in Conuocatione Solenni Die XXVI. Mensis Iuny Anno

Dnō

Dñi MDCLX. Venceslaus Comes de Leszno Archiepiscopus Gnesnen', Andreas Trzebicki Episcopus Cracouien' DVX Seuerie. Casimirus DVX Czaetoryiski Episcopus Vladislauien'. Joannes D. Zawisza Episcopus Vilnen'. Joannes Stephanus Wydzga Episcopus Varmiensis. Joannes Gembicki Episcopus Płocen' Thomas de Lezenice Episcopus Chelmen'. Thomas Viepski Epus Kiiouien'. Georgius Białozor Episcopus Smolenscen'. Seueriæ & Czermechoniæ. Joannes Carolus Kopec Palatinus Potocen', Casimirus Sielawski, Palatinus Brzesten'. Nicolaus Stephanus Pac Palatinus Trocen'. Vladislaus Comes de Leszno Palatinus Lencicien'. Adamus Matthias Sakowic Palatinus Smolenscen', Administrator Thesauri Magni Ducatus Lithuaniæ. Joannes Tarło Palatinus Lublinen'. Stanislaus Laskowski Palatinus Płocen'. Alexander Narusziewic Prælancellarius Magni Ducatus Lithuaniæ. Joannes Casimirus in Krasne Supremus Regni Poloniæ Thesaurarius Lomzen' Prasnicen' Gubernator. Lucas Opalinski Marschalcus. Christophorus de Grzymultowice Grzymultowski Castellanus Posnanien' Joannes Widopolski Castellanus Woynicen' Varsavien' Gubernator. Andreas a Przyima Przyiemski Castellanus Lenczycien'. Alexander Sielski à Sielcz Castellanus Gnesnen'. Sigismundus de Pleszowice Piedro Castellanus Sanocien', Albertus de Mckronac Mokronowski Castellanus Rauen'. Cremianus Dembiński Castellanus Rogozinen' Capitaneus Trèydinen'. Joannes Franciscus Lubieniecki Castellanus Chelmen'. Joannes Lenowicz Marschalcus Osmianen' Deputatus. Nicolaus Franciscus Rosochacki Judex Terestris Trocensis Palatinatus Deputatus, Joannes Chrapowicki Succameranius Smolenscen' Deputatus. Vladislaus Victorinus Skarski Dapifer Vpitensis Deputatus. Stanislaus Domaszewski Widlica Capitaneus Lukowien' Rothmagister Sacræ Regiæ Mtis. Albertus Opacki Succameranius Varsavien' Capitaneus Latowicen Deputat. Terræ Varsavien'. Olbrachtus Adrianus Lasocki Dapifer Terræ Wyszogrodien' Deputatus Ducatus Masoviæ. Joannes Albertus Lipski Succameranius Rauensis, Inowlod, Stanislaw, Capitaneus. Georgius Tynicki Sacræ Regiæ Maiestatis Secretarius Ducatus Osuiecimen' & Zatonien' Deputatus. Constantinus Alexandrowic Subiudex Grodnen' Deputatus. Samuel à Rudno Rudzienski Vexillifer Cernen' Deputatus Ducatus Masouiæ Terræ

Cernen'

Cernen. Ioannes Konak Succameranius Potocen. Deputatus. Christophorus Antonius Obrynski Succameranius Nowogroden Palatinatus Deputatus. Martinus a Oboy Oborski Succameranius Terræ Liuensis & eiusdem in Ducatu Masouiæ Deputatus. Valerianus Pekykowski Succameranius Rozanen Macou Deputatus Ducatus Masouiæ. Nicolaus à Radzanow Labicki Succameranius Gostinen & Deputatus Palatinatus Rauensis. Alexander à Budzistaw Wysocki Venator Palatinatus Brzesten Deputatus Palatinatus Inowladislauien. Ioannes Albertus in Mezenin Opacki Succamanius Terræ Wisnen Deputatus Terræ Wisnen. Ioannes Ignatius Bzkowski Succameranius Culmen Consiliarius Terrarū Prussiæ Deputatus. Ioannes Petrus Tichotka Notarius Terris Palatinatus Pomeraniæ Deputatus. Duo Loca Sigillorum appensorum. Insuper supernus Nominatus Generosus Ioannes Fidelius Matthias Suæ Serenitatis Electoralis Status Intimus Secretarius, ad eadem Acta Ratificationem Sermi Regis Sueciæ & Regni Articuli Declaratory. ratione Traditionis Elbingæ sub serie & contextu Verborum in fras ecultuo reproduxit. Nos Carolus Dei gratiâ Suecorum Gothorū Vandalorumque Rex & Princeps hæreditarius. Magnus Princeps Flandriæ &c. &c. &c. Notum testatumque facimus Vniuersis & singulis quorum interest. In Tractatibus Pacis per Deum inter Nos Regnumque Sueciæ & Sermum Regem & Rempublicam Poloniæ eiusque Fœderatos Olivæ institutis, à Legatis Plenipotentiarys Nostris Articulum separatum Declaratorium Articuli secundi, qui de Amnestia in instrumento Pacis habetur, vti sequitur editum, atq; à Partibus acceptatum esse. Nos infrascri Sacræ Regiæ Maiestatis Regnique Sueciæ ad Tractatus Suecо Polonicos Legati Plenipotentiary Sermi Regis Regnique Sueciæ nomine declaramus, ea quæ in Instrumento Pacis, Articulo secundo, de rechintegrationе Iurium disponuntur, non debere concernere Dithiones, Status, Ciuitates, Terras & loca, quæ à Sua Serte Electorali Brandeburgica possidentur, nec eo trahenda, neque obstare eiusdem Articulum, quominus Suæ Serenitati Electorali Elbingæ Iure, quod eidem Suæ Serenitati Electorali competere potest, tenere detur. Salvis de eatenus eiusdem Ciuitatis Priuilegijs & Immunitatibus

4ami

tam in Ecclesiasticis quam Politicis, Saluo itidem Iure Retractus Conuentionalis Sermo Regi & Reipublicæ Polonæ quoad Elbingam. Atque hæc declaratio eandem vim cum Instrumento Pacis hodie subscripto obtinebit. Proinde Nos supra scri Promittimus hanc Declaraonem eodem tempore, quo Ratificatio Principalis Instrumenti Pacis expedietur, per peculiare Diploma Ratificationis ratihabitu eoque nomine illud DD Polonicis Commissarys eodem tempore quo Ratificatio Principalis Instrumenti extradetur & commutabitur, iisdem pariter traditu ri. In cuius rei fidem Nos eadem Declaraonem subscroñe & sigillis Nostris gentilitys corroborauimus. Actum Olivæ Die Tertia May Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo. Magnus Gabriel de la Gardie. Locus sigilli. Benedictus Oxenstiern. Locus sigilli. Christoph. Carol Schlipen Bach. Locus sigilli. A. Guldenclau. Locus sigilli. Nos Carolus eadem Gratiâ Sueconum Gothorum Vandalorumq; Rex & Princeps hæreditarius. Magnus Princeps Filandiæ &c. &c. &c. Huic præmissum Articulum ratihabemus & approbamus itu vt eiusdem authoritatis cum Instrumento Pacis esse debeat & haberi. In quorum Maiorem certitudinem ac fidem hasce sigillo Regni Nri Maiori, ac Honoratissimæ & Charissimæ Matris Nræ. Regnique Nri Administratorum & Senatorum manibus corroboratas extradi iussimus. Dabantur Stolchol mia Die decimo quarto Iuny Anno supra Millesimum Sexcentesimum Sexagesimo. Hedewig Eleonora. Petrus Brache Comes in Wissingsborg. S. Drotzetus. Magnus Gabriel de la Gardie. Louis Kagg-Thuro Spare Dicastery Regy Consiliarius, Senied Baat Reg. Comer. Coll. Prases. German. Fleming. Gustauus Bielke, Schering Rosenhane. Consill. Cancell & Castellanus Stokhol mensis. Carolus Mörner Prases Dicaster. Dorpatensis. Gustauus Bonde, Gabriel Oxenstiern. Comes in Korsholm & Wasa R.S. Marschal. Arfwurdus Forbus. A Tott Comes in Laneborg R.S. Magnus Stabuli Magister. Christoff Choorn R.S. Rei Tormentariæ Summus Præfectus. Claudius Bielkenstierna, Axellius Spare R.S. Venator. Joannes Rosenhane. Nicolaus Brache Comes in Wissingsborg. Christer Horn. Benedictus Hoorn. Gubernator Esthoniæ. Gustauus Posse Reg. Cancell. Consil. Georgius Fleming Consiliarius. Locus sigilli appensi. Eduard Ehrensteen. Quas quidem præinsertas Ratificationum

Literas

Literas Nos Actis præsentibus inseri & in forma authentica ex ysdem extradi mandauimus. In cuius rei &c. Actum & Datum ut supra.

Relatio Intromissionis Gnosi Gotembiowski

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

vp. Quod comparens personaliter coram Actis præsentibus Metrica Nostræ Cancellaria Maioris Regni Prouidus Martinus Iezewic Ministerialis Regni Gnis palam recognouit. Quia ipse habitis secum duobus Nobilibus Joanne Czaplicki & Matthia Sadkowski, condescendendo die hesterna ad Bona Regalia Wielk. Wola, ibidem Gnoum Stanislaum Gotembiowski Familiarem Illrm & Rndm in Chro Patris ac Dni Supremi Regni Cancellarij in quatuor Mansos agri in eadem Villa sitos ad Capitaneatum Varsauien spectan per Nobilem Vrsulam Heckerowa olim Nobilis Joannis Hecker Pharmacopei Nri Consortem Umam Viduam relictam, vigore Cessionis coram Actis præsentibus ex Consensu Nostro facta & recognita intromisit, nemine impugnante & contradicente. Qua de re eius relatio. Quam Actis præsentibus inseri & exysdem &c. In quorum &c. Actum & Datum ut supra.

Capitaneatus Zydaczowien. Gnosio Jabtonowski

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

vlg. Oblatas esse ad Acta præsentia Metrica Nostræ Cancellariæ Maioris Regni Literas infrascras ex Cancellaria Nra emanatas, manu Nra subscras & sigillo Regni Nostri Maiori communitas, sanas, saluas illæsas, omnique suspicionis nota carentes. Quarum Literarum tenor & series verborum est eiusmodi. Joannes Casimirus &c Significamus &c. Coloni apud Nos esse Gnoi Stanislai Jabtonowski Vigilarum Regni præfecti Merita, quæ Nobis potissimum hoc turbulento

Reipublicæ

Reipublicæ Statui, cum Summa dexteritate notabilique uirtute & fortunam suam incommodo testatus est, immotam retinendo fidem, vt ipsi non possimus, nisi quauis ponecta occasione, in vim gratitudinis Nræ liberalitatis fauoré Nostram Regiam contestari munificentiam, quod tanto libentius faciemus, quanto plenius sincerum erga Nos fidem, constans in Patriam obsequium, promptum denique de Nobis ac Republica benemerendi studium perspecta habeamus. Vacante itaque ad præsens Capitaneatu Zydaczowiensi cum Villa Iwanowce in Pathi Russiæ existen' morte Quondam olim Adami Dzieuzko Capitanei Zydaczowien' libenter faciendum esse duximus, vt eidem Quondam Stanislao Jabłonowski Vigilarum Præfecto Capitaneatum Zydaczowien' cum Villa Iwanowce daremus & conferremus, prout quidem damus & conferimus hisce Literis Nris ita vt prædictum Capitaneatum cum Oppido Zydaczow & villa Iwanowce prædys Aduocatys ibidem spectan', ac omnibus agris, fundis, arcis, hortis, pratis, campis, pascuis, apisteryis sylvis, bonis, gais, fluminibus, lacubus, piscinis, stagnis, aquis eorumque decursibus molendinis, Tabernis. subditis, Colonis, Onethonibus, hortulanis, Inquilinis, eorumque laboribus, Censibus, datys, prouentibus, commodis, emolumentis, attinentysque & pertinentys generaliter & in specie vnis, nullis plane exceptis, aut quopiam reseruatis, sed prout Antecessores ipsius ex antiquo tenebant, ipse quoque possideat, teneat, habeat & fruatur, ad extrema Vitæ suæ tempora. Promittimus vero pro Nobis & Serenissimis Successoribus Nris, Nori esse Nos Seruosque Successores Nros, ab vsu & pacifica possione dicti Capitaneatus Zydaczowien' memoratum Quondum Stanislaum Jabłonowski amoturos aut alienaturos, neque amouendi aut alienandi cuiquam potestatem daturos, sed salum & integrum Ius Aduitale eidem conseruaturos. Quod & Seremi Successores Nri præstabunt. Ratione cuius Aduitalitatis Quartam Prouentuum, iuxta præscriptum Legum publicanum Lauam quotannis infeue tenebitur. Juribus Nris Regalibus Reipublicæ Ecclesiæque Catholicæ Saluis. In cuius rei fidem præsentes manu Nostra Subscras Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die XV Mensis July Anno Dni MDCLXI. Regnorum Nostrorum Poloniæ XIII. Sueciæ vero XIV. Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus sigilli Maioris Cancellariæ Regni. Joannes Ignatius Bzykowski Succameranus Culmen'. Quas quidem præmissas Qtas &c. In quorum &c. Actum & Datum vt supra.

Actum

Actum Varsauiæ sabbathi postridie Festi Sanctæ Ma
riæ Magdalenæ Anno Do
mini Millesimo sexcente
simo sexagesimo Primo

Ad relationem Illmi & Rndmi
Supremi Regni Cancellarij

Protestatur Xplis Lewicki con
Mag. Skarszewski & Gn. Koc

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

vp. Quod coram Actis præsentibus Metricæ Nræ Cancellariæ Maioris Regni comparens personaliter Nobilis Paulus Lewicki Vi Nobilium Joannis Grochowski & Anna Lipska Coniugum negotiorum agens, nomine dictorum Coniugũ, pro quorum ratihabitione in forma Iuris cauet & solenniter prout antea circa acclamationem Causæ, inter Generosum Stanislaum Skarszewski Capitaneum Nmum Samboriẽn ab una & prædictos Coniuges Principales suos parte ab altera, in Judicijs Comitiorum proxime elapsorum agitata, tempestiuamque iuxta præscriptum Legis publicæ impositionem Arresti per Nobilem Joannem Buzynski in Cancellaria Castri Varsauiẽn in fauc Judicij Terrestris Varsauiẽn officiosè expeditam super condemnationem infrascriptam protestatus est contra Gnosum Stanislaum Skarszewski Capitaneum Samboriẽn & Nblem Jacobum Koc Plenipotentem ipsius; ita nunc quoque iterato solenniter protestatur contra eosdem suprascriptos Gnosum Capitaneum Samboriẽn & Jacobum Koc, idque præmissa solenni Protestatione tam contra Judicium Terrestre, quam Officium Castrense Varsauiẽn de noui suscepta poenam sua in fauorem eiusdem Gnoi Capitanei

Sambo

Sambonen' Manifestatione) ideo Quia idem Gnosus Capitaneus Sambonensis
& Nblis Iacobus Koc Plenis ips, contra omnem Juris rationem, Legibus que Regni
præscriam Praxim ac consuetudinem, circa susapienda Arresta observari solitam
Verum odio quodam privatoque rancore præconcepto, in maiorem vero convinden
Nobilium Grochowskie oppressionem honoris & substantiæ iacturam, dum supra
scriis Nblis Ioannes Buzynski condemnationem certam in Causa ratione quasi
cuiusdam famosi Libelli ex instantia suprascri Gnosi Capitanei contra praefatos
Nobiles Grochowskie, pro Judicijs Comitialibus Regni nuper celebratis institutæ tem
pestive, eodem videlicet die, quo Causa "hæc" ex Regesto Judiciali Simplicium Cau
sarum, in eodem Judicio Comitiali acclamata est, in Cancellaria Castri Varsaui
in præsentia Judicij Terrestris Varsavien', nomine eorundem Nobilium Grochowskie
officiose iuxta præscriptum Legis publicæ arrestaret, hocque idem Arrestum per Ju
dicium Terrestre Varsavien' susceptum ac in Prothocollo Causarum per Gnosu'
Notarium Terrestrem Varsavien', connotatum esset, ipse suprascriis Gnosus Capita
neus Samborien' & Nblis Iacobus Koc Plenipotens eius, nescitur qua de Causa imo
ex odio quodam privato, Eliminationem eiusdem Arresti ex Prothocollo Acto
rum provocarunt, beneficioque cuilibet in tali passu concessibili, in labefactationem
honoris, & apertam oppressionem eorundem Nobilium Grochowskie privari fecit,
& licet hocce arrestum ex Mandato & Speciali declaratione Nra iterata Vice
Suscipi iniungeretur; nihilominus tamen ex Causa & procuratione dicti
Gnosi Capitanei Samborensis & Nobilis Iacobi Koc Plenipotentis ips non est susce
ptum; imo præfati Nobiles Grochowskie pro condemnatis & per Decretum Co
mitiale prosecripti connotati sunt. Quare prædictus Manifestans præcaendo
omni indemnitati honoris eorundem Nobilium Grochowskie Principalium suorum
ne per eiusmodi aggravationem eamque præiudiciosam, ac contra omne Juris
Justitiæque præscriptum condemnationem honoris sui patiantur labem ac fortuna
rum discrimen; ea iterato ad Acta præsentia, nomine prædictorum Principalium
suorum, de nullitate eiusdem Condemnationis suprascriæ facit Protestationem
Salua eiusdem Protestationis Melioratione, correctione plenioris roboris reserva
ta. Et hic incontinenti constitutus personaliter coram Actis præsentibus Nobilis
Iacobus Grabowski Ministerialis Regni Gnlis ex suæ authentico omnibus bene

Notus

notus, in nm sua vera ac fidelis relationis vbinis locorum facienda recognouit. Sec instantia Nobilis Pauli Lewicki, uti & tanquam Nobilium Joannis Grochowski & An na Lipska Coniugum Negotiorum Agentis, die Decima circa ipsam determinationem Iu dicionum Comitialium, postquam vidit prænominatus Nblis Paulus Lewicki primam accepisset notitiam, de eliminatione Arresti, in Causa & actione inter Gnosum Stanislau Skarszewski Actorem ab una & Nblés præreconsitos Coniuges Citatos ab altera Partibus per Nobilem Joannem Buzynski impositi, protestatum in Cancellaria Officy Castrensis Varsavien, in præsentia Judicy Terrestris Varsavien ce de pra allegata Elimination idque in præsentia duorum Nobilium vidett Joannis Olszawski & Petri Stupski Quam Protestationem Cancellaria Castri Varsau in Acta sua suscipere nullatenus Voluit, qua de re ipsi relatu. Quam quidem præmissam Protestationem, ad Acta præ sentia susceptam in forma authentica extradi permisimus. In cuius rei &c. Actum & Datum ut supra.

Decretum Vladislai IV. inter Kastnerum & Rybben

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

vtp. Quod veniens ad Acta præsentia Metricæ Nostræ Cancellariæ Majoris Regni No bilis & Spectabilis Martinus Rein Civis & Mercator Vilnen. Decretum certum per Sennum Olim Vladislaum IV Regem Poloniæ. Fratrem Nostrum desidc ratissimum, inter Excellentem Georgium Kastnerum ab una & Tamarum, Simonem Rybben Grodna Feria Quinta post Festum Sanctorum Simonis & Judæ Aposto lorum proxima Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Sexto ex seriys par tium controversys collatum in Libro Actorum & Decretorum Singularium, Civita tis Nra Vilnen (qui quidem Liber per dictum Nobilem & Splem Martinum Rein coram Metrica Nra prædicta Cancellaria Majoris Regni fideliter productus est) conten tum reproduxit. Petens præallegatum Decrum ex prærecensito Libro desumi & Actis præsentibus inseri. Cætenum præfati Decreti tenor & series verborum est eiusmodi. Vladislaus Quartus Dei gratia Rex &c. Significamus &c. Ci

tatum

Citatum fuisse ad Nos & Iudicium Relationum Nostranum propriarum Literis Citationis Nrae Famatum Simonem Ryben de Causa infrascra, bonisque ips omnibus ad instantiam Excellentis Georgy Kastner defuncti Vbani Regaliz Ciuis Vilnen Coniugis olim Relicta haeredumq; ac Succonum ips Mandatarey, idque ad reponendum & restituendum certum Decretum Nrum in Contumaciam modernorum Actorum, stantibus legalibus impedimentis per Citatum ad praesens in Causa & actione, rone Decem Voluminum Pannonum dicto Manto Actricis olim modena, Succonumq; ac haeredum ipsorum, per Citatum modernum transmissorum restitutionis aut pretij pro ips persolutionis, in pxmè & immediate praetenta Iuridica Vemali Vlnoe obtentè, tum ad videnda & audienda illud capi pari & annihilari, causam in integrum restitui, caeteraq; prout Ius & aequitatis rao postulauerit in praemissis statui & sententiari. Quo quidem Decto Nostro Sententiam vtramque tam videlicet Iudicij Ciuilis Knysouiani, quam Iudicij Aulici Dicasterij Prussiae, eiusdemq; approbationem, approbaueramus & ratificaueramus atque pro Executione Partes cas ad illud idem Iudicium Ciuile Knysouianum Regiomontanum, vti prima instantiae subsellium, in termino dum Pars Partem ad id legitimè adcitasset peremptorio remiseramus, alias prout Citatio praefata ad Decretum Nostrum antecius fusius de praemissis disponunt & obloquuntur. In termino itaque hodierno Iudicij Relationum Nostrarum propriarum ex eadem Citatione Ihmè proueniente & huiusq; continuato, Actorea modema per dictum Georgium Kastnerum, Citata rea ad praesens per Nblem Martinum Swiezynski Plenipotentiarium suos coram Nobis compacen cumque terminum attendantibus & Conuento quidem modemo terminum eo quod non ab Actore principali sed eius Mandatario Citatus sit impugnan. In oppositum rea Actore ob Citationem ad reponen antecius Decretum Nostrum Contumaciale editam terminum esse allegante. Nos cum Consiliarijs Nris Latere Nro assiden, audita Partium Controuersia iisdem termino adinuento, Causam praesentem prosequi inuncxing Pandem in Prosecutione Causa istius Conuento ad praesens personalem compacentionem ad approban legalitatem Partis suae aduersae agen, se ea in Causa intuitu Mandati Principalem esse allegante, exceptionemq; intempestiuam Actorum loco legalis impedimenti inferen, illudque se corporali Iuramento comprobatur offeren. Nos cum iisdem Consiliarijs Nris latere Nro assiden ex partium

[illegible] partibus ppdis

tium

num Controuersys eo consideratc. Quod licet quidem in comprobañ legalitatiby Compariitio istius Principalis de Iure & praxi vsitata necessaria sit. Quoniam tamen modernus Plens Georgius Castnenus, sufficiens Mandatum Procuratorium, quipsi etiam defensio Causæ tonus cómissa est, producit & exhibet. Ideo non tam qudé de Iure quam ex clementia Nrâ Plentem dictum vrdett Georgium Lastnenum ad comprobationem legalitatis obiectam, Iuramento corporali in Cancellaria Decretorum Nostro num præstañ, in eam rotham. Quod ob legalitatem, non extraditionum tempestiuè Actoris sibi per ea Iuridica venali, qua Decretum Contumaciæ obtentum est, de quorum extraditione sedulam curam, non vero ex negligentia vlla vel studiosè causata non deesse haud potuit. Deo & Sanctæ Jesu Christi Passione ita ipsum adiuuante admittendum esse duximus prout quidem admittimus, & quatenus itidem Actoris modemi Plens Iuramentum hoc in termino cestro sibi præfixo præstaret iniungimus. Ita tamen & cum ea declaratione Nrâ, quod hoc idem Iuramentum atq; Causio in exemplum alionum vllatenus in posternm trahi debeat adinuenimus. Quod dum fecerit & præstiterit, tum Nos ea in Causa id quod Iuris esset decreturos obtulerimus, eamque in rem Partibus præclictis iterum coram Nobis comparen, sententiamq; Nram vltenorem attentan terminum cestum præfixeramus & conseruaueramus peremptorium. Cum vero in hac termino sibi præfixo Partes iterum coram Nobis comparerent, & Actorca quidem modema, ob præstitum præse Iuramentum Causam in integrum restitui peteret. Citatus vero ad præsens post instituentum tam eandem vti integrum Causam, Sententiam vtramque tam Iudicy Ciuilis Knyszoniani Regiomontani, quam Judicy Aulici Ducatus Prussia cognitioni Nrâ subycerct. NOS cum ysdem Consiliarys Nris lateri Nro assiden ex Partis vtriusque controuersys eo animaduerso, Quoniam Actor modernus Iuramentum corporale iuxta rotham supra præscram præstitit. Ideo sublato & Cassato Decreto Nro Contumaciæ, Causaque Plenti in integrñ restituta, Partibus de validitate suprasen Decreti vtriusque secum Iure mediante experiri inuximus. Expetentibus itaque de legalitate eiusdem vtriusque Decreti Partibus, Controuersias que suas denuo repeten. NOS cum ysdem Consiliarys Nris lateri Nro assiden, audita Partium iterato Controuersia, eoq; attento. Quoniam Judicium vtrumq;, tam prima quam secunda instantiæ non attentis Pactis

Et

& recessibus, quibus subditis abstinque tam Regni Poloniæ Prouinciarum q3
cius vt quoque & Magni Ducatus Lithuaniæ, quàm Vicenersa subditis Ducatus
his Prussiæ, non in alio foro nisi suo proprio Iurisdictionis Suæ debita conueniri debe
re statutum est. Ideo Sententia prædicta vtraque tam Iudicy Ciuilis Knyszouiani
Regiomontani, quam Iudicy Aulici Ducatus Prussiæ retractata & annihilata
Citatos Causæ Principalis. à foro illo libenos & absolutos facimus ac pronunciamus.
Saluani tamen actionem in foro Iurisdictionis Citatorum propriæ, eidem Actori Iure
agendi relinquimus ac resendamus. Et interim quatenus Iudicium illud Knysz-
zianum Regiomontanum, vti prima instantiæ subsellium, Causam per Citatos
Actori ratione debiti ex Chyrographo dependen motam ac intentatam, decidat ac
determinet inungimus. Insuper quoque Arrestum tam super Chyrographum
quam Pannum Citatæ Partis per eundem Actorem impositum relaxamus,
præsentis Decri Nri Vigore. Pro cuius executione remittimus Partes vtras q3
ad illud idem Iudicium Ciuile Knyszouianum Regiomontanum, vti pri
mæ instantiæ subsellium, in termino Duodecem Septimanarum à Data pra
senti computan peremptorio. In cuius rei fidem præsentibus Sigillum Regni
Nri est appressum. Datum Grodnæ Feria Quinta post Festum Sanctorum
Simonis & Judæ Apostolorum pxma Anno Domini Millmo Sexcentmo
Trigmo Sexto. Regnorum Nostrorum Poloniæ Quarto Sueciæ vero Quinto
Anno. Petrus Gembicki Decanus Cracovien Vicecancellarius Regni. Lo
cus Sigilli Regni Poloniæ. Relatio in Chro Patris Dni Petri Gembicki Electi
Episcopi Præmyslien Decani Cracovien Gnlis Præpositi Miechovien Regni
Poloniæ Vicecancellarij. Joannes Rudawski. Pro nos præallegatæ petitio
ni Vtriusque & Ilmæ benigne annuen præinsertum Decrum ex Libro Actorum
Ciuitatis Vilnen fideliter exceptum. Actis præsentibus inseri permisimus Mudq
ad affectationem præmemorati Gnosi Martini Rein Ciuis & Mercatoris Vilnen
in forma authentica exhiberi iussimus. In cuius rei &c. Actum & Datum vt supra.

Plenipotentia Illmi Episcopi Chetmensis

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod coram Actis præsentibus Metrica Nræ Cancellariæ Maioris Regni constitutus
petr

personaliter Illmus ac Rndmus in Chro Pater ac Dnus Thomas de Lezenice Lezn
ski Episcopus Chelmen Abbatiæ Vychocen Perpetuus Admin, in animi & corporis
dispositione sanus per omnia exns, sive suo proprio & competenti quovis alio omis
so, præsente autem Jurisdictione Nra Regia in se, quantum actum modernum duw
taxat attinet, benevole assumpta, palam & libere recognouit, præsentiumq vigore
recognoscit. Quia ille omni melioi modo, forma & stylo prout de Jure & ex forma
Legum potuit ac debuit, in suum Verum, legitimum ac indubitatum Plenum & Man
datarium, cum facultatibus solitis necessaris & opportunis
fecit & constituit, præsentium que vigore facit & constituit. Dans & concedens
memorato Plenti & Mandatario suo plenam, sufficientem & omnimodam potesta
tem, Summam Undecem Millium florenorum, numero & moneta Polonica compu
tandor Illmis & Excellentmis Dnis Dno Francisco Libero Baroni de Lisola
& Marienfeld Consiliario Camerali Aulico Sacræ Cæsareæ Mtis & Dno Julio
Ferdinando Baroni a Jaroschin per se Constituentem Contractu mutui datam &
Concreditam, in Camera Sacræ Cæsareæ Majestatis Vratislauiæ in Silesia exigen
dum vindican, haben, consequen, recuperan & Arrestum imponen, super Summam
ipsis à dicta Camera Imperiali debitam. Concedit præterea isidem Illmus ac
Rndmus Dnus modernus Constituens, prædicto Plenipotentiario & Manda
tario suo, ut possit & valeat Causam & actionem judiciale, si ita opus fuerit
& necessitas postulauerit, accensitis Illmis & Excellentmis Dnis, Baronibus,
tam coniunctim quam cuilibet illorum insolidum, coram quocunq Judice com
petenti & ordinario præcipue vero in prædicta Camera Imperiali ratione
præfatæ Summæ Undecem Millium florenorum polon, instituere, institutam
cum omni beneficiis legis promouere & prosequi. Insuper dat prænominatus
Illmus ac Rndmus Dnus Constituens, superius denomine & cognomine ex
presso Plenti & Mandatario suo facultatem, Decreta quæuis in Causa &
actione prælegata per Judices competentes & ordinarios ferenda auscultan
favorabilia & in partem sui Constituentis lata & pronunciata suscipiendi
à grauabilibus & onerosis ad Maiora subsellia appellan, appellones admis
sas modo ordinario continuandi, denegatas extraordinarie prosequendi, de
leuata percepta & realiter persoluta totiès dicta pecuniariâ Summa Unde
cem

cem Millium florenorum polon. quietan. Item toties dictus Illmus ac Rndmus Dnus Constituens permittit sepefato Plenti & Mandatario facultatem, unum vel Plures Procuratorem seu Procuratores in locum sui ad omnia suprarecensita & expressa si ita contigerit &totties quoties opus fuerit cum simili potestate substituen. Cetera que omnia prout de Iure & ex forma Legum & Consuetudine Camere Imperialis, quatenus opus erit & requiretur. perageñ. Denig, promittit & se obligat supra sapius dictus Illmus ac Rndmus Dnus Recognus ea omnia & singula quain Causa premissa, siue per ipsum Plentem & Mandatarium suum, siue per eius Procuratorem vel Procuratores Substitutum aut Substitutos, tam in Iudicio quam extra Iudicium, iuxta stylum solitum receptum & consuetum circa negotium & interesse Summe Undecem Millium florenos factum gestumq, fuerit pro ratis & gratis habitur & susceptur. Alias in forma Plenipotentiarii & Mandati commissi de Iure valida perfecta & in Camera Imperiali consueta Quod manu propria subscrit. Thomas de Lezenice Episcopus Chelmen. Quam quidem Plenipotentiam Nos firmam & validam manere volentes eandem ad Acta &c. In quorum &c. Actum & Datum ut supra.

Roborat Diuisionem Magnus Czarniecki inr Filias

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quomodo coram Actis Metricae nrae Cancellariae Maioris Regni compareens perIllris & Magcus Stephanus in Czarnca Czarniecki Palatinus Terranum Russiae Pernicoren, Quelen Ratynen & Capitaneus Nr, sanus mente & corpore per omnia exns, foro suo quouis proprio omisso & Iurisdictione competenti posthabita, Plenti autem Iurisdictioni nrae Regiae quoad actum hunc beneuole assumpta, palam publice liberegue recognouit presentibusque recognoscit. Quia ipse conscius Mortalitatis suae, nec immemor Sortis humanae, tum ubique locorum suspectae, tum vel maxime in Conflictibus & alea bellorum Lubnicae, precauendoque ne post fata sua, quae Deus Omnipotens quam longissime differat, aliqua intuitu dere Bonorum eius Suboriatur Confusio. Diuisionem post Sera fata sua inter Magcas

filias

filiàs Cathariñam Alexandram Diuorum nominum & Constantiam de Actu & data Die hodiernâ hic Varsauiæ factt, manu propria subscriptt & Sigillo Gentilitio munitt & tum demum post expletam mortalitatem suam Valituram in omnibus eiusdem Diuisionis punctis, clausulis, articulis, nexibus, ligamentis conditionibus que approbat, confirmat & ratificat. Illudq; tam in toto quam in minima eius Parte robur ac valorem habere debere vult, acsi hic de verbo adverbum inserta esset. Alias in forma Roborationis de Iure perfecta. Quam manu propria subscrit. Stephanus Czarnecki Palatinus Terrarum Russiæ. Quam quòd Diuisionis approbationem Nostram & validam manere volentes, eandem ad Acta præsentia suscipi &c. Inquorum &c. Actum & Datum vt supra.

Liquidatio Expensarum Bellicarum Ciuitatis Gedanensis

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Lx. Quod veniens personaliter ad Acta præsentia Medicæ Nræ Cancellariæ Maiestatis Regni [illegible] Beniamin Krausse Ciuitatis Nræ Gedanen Secretarius & noe eiusdem Ciuitatis in Aula Nostra Residens Ordinarius, palam, vltro & libere, Scriptum certum Liquidationem Expensarum bellicarum à præfecensita Ciuitate Gedanen, pro bono Reipublicæ in præsenti bello Suetico erogatarum, atque declarationem per Nobles ac Sples eiusdem Ciuitatis Gedanen Internuncios, ad Comitia Regni Gnlia, immediatè hinc Varsauiæ celebrata deputatos, ratione præallegatarum expensarum testimonium & argumentum suæ erga Nos & Rempublicam fidei & constantiæ factarum, in se continens, manibus propriis Commissariorum tam ex Senatu quam ex Equestri Ordine assignatorum subsenum ei produxit. Petens illius ad Acta præsentia susci pi. Cuius quidem scripti tenor est eiusmodi. Nos infrascri à Sacra Regia Maiestate & Republica Polona Deputati, Vigore præsentium notum facimus. Quod cum Dni Internuncy Ciuitatis Gedanensis in præsentibus Regni Comitys, inter alia sua Reipublicæ proposita

desideña

desidenia Satisfactionem Expensarum bellicarum à memorata Ciuitate pro Bono Rei publicæ in nupero bello Suetico erogatarum, ac per Regias & Senatorias primum Literas deinde & Constitutionem publicam Regni assecuratarum peterent: Sacra Regia Maiestas autem & Respublica Nos ad liquidationem harum expensarum deputarent; Post varias habitas, et nomine Vtho citroq; conferentias prædicti Domini Internuncy specificè ac vltimè expensas suas in scripto consignatas & ad Summam florenorum Quatuor Millionum, Octingentorum Octuaginta Trium Millium, Noningentorum Viginti Sex, grossorum Duodecem produxerint, deductisq eis quæ contra acceptent, Summa florenorum Quatuor Millionum Quingentorum Septuaginta Trium Millium, Quingentorum Triginta Quinq, Trium Denariorum remansent. Nihilominus tamen ydem Internuncy, persuasionibus Nostris & calamitoso Reipublicæ statu permoti, pro contestanda Sua erga Sacram Regiam Maiestatem atq; Inclytam Rempublicam fide & Obseruantia, Ciuitatem Gedanen maiorem Expensarum Partem, certis conditionibus in se suscipere & Duobus Millionibus tantum contentos esse velle se declarauerunt. Cui quidem declarationi vt pote ipsi æquitati consona Nos Commissary insistentes prædictam omnium pretensionum Liquidationem Duobus hisce Millionibus determinatam Sacræ Regiæ Maiestati & Reipublicæ exponendam duximus. Datum Varsauiæ in Comitys Regni Generalibus Die XXIII. Mensis Iuly Anno Dni Millmo Sexcentesimo Sexagesimo Primo. Stanislaus Samowski Episcopus Præmysliensis Andreas à Przyima Przyiemski Castellanus Lenciaensis. Eremianus Dzyalinski Castellanus Rogoznensis Capitaneus Trem. Ian Ignacy Bzykowski. Marcin z Dembicc Dembicki Ch. GWS. Deputat do Constitutyi z Matery Polski a z Izby Poselskiey dotey Liquidacyi naznaczony. Caeterum iisdem Beniamin Krauze tam suo quam totius Ciuitatis Nostræ Gedanen nomine petyt præinsertum scriptum Liquidationis & declarationis sibi ex Actis præsentibus in authentica forma extradi. Quod obtinuit. In cuius rei fidem præsentibus Sigillum Regni Nostri est appressum. Actum & Datum Varsauiæ Sabbatho postridie Festi Sanctæ Mariæ Magdalenæ Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo PRIMO.

Actum

Actum Varsaviæ Feria
Quinta post Festum sanctæ
Annæ Matris Beatmæ Ma
riæ Virós pxmá Anno Dñi
Millesimo Sexcentmo Se
xagesimo PRIMO.

Ad relationem Illmi & Rndss
Supremi Regni Cancellarij

Manifestatur Gñ Mrozowicki

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

v.p. Quod coram Actis præsentibus Metricæ Nrâ Cancellariæ Maioris Regni comparens personaliter Gnôs Georgius Mrozowicki Notarius Terrestris Terræ Halicien' Secretarius Noster. Protestował się iż takie Pactum in spem restitutionis JćMści Pana Hieronyma Radziewowskiego, między Jasnie Wielmoznymi JchMM. JćMci Panem Jakubem Rozrazewskim Wdą Inowrocławskim, JćMPanem Janem z Sobieszyna Sobieskim Chorążym Koronnym, Michałem Kazimierzem Xięciem Radziwiłłem Kasztellanem Wileńskim à nateń czas Marszałkiem Posolskim, à Jasnie Wielmoznym JćMPanem Janem Wielopolskim Kasztellanem Woynickim à mnq Protestantem, takie pactum zaszło, iż ieżeliżtey restitutiey nie nieboże, tedy iż Was Kuratiq z Zapisow, a wy mnie wrocicie Prawo, któremu dosyć czynić iako pod czas Seymu tak y o Seymie JćMP. Woynicki z JchMM. wzwyż mianowanymi zobopólnie, iakosz Zapisz na Dziesięć Tysięcy JchMM zeznali, a JćMć Woynicki in personam Protestantis cepiq de Jure caduce vczyniet, czemu według mowy y słowá sobie danego dosyć JćMPan Woynicki nievczyniwszy z Warszawy odiechał: Zatym Manifestuie się tak nomine JchMá wzwyż mianowanych denul

litate

lctate Zapisu nowarszawie Feria Quinta post Festum Sanctæ Margaretha
Virginis & Martyris pxmè praterita, in concredito, bonâ fide in spem restitutionis
zeznanego, takze cum promptitudine sua Protestatur. Iszpo Conducty Seymu
pomowdz restitutia niestaneta, in dies & horas gotow byt eliberando fidem
iż uczuyss Ich MM mianowani, co Zapis na Dziesięć Tysięcy zeznali, y
swoię gotow ze iest Reduciatią Iasnie Wielmozne JMPana Woynickiego o
w Grodzie Warszawskim Feria Quinta post Festum Sanctæ Margaretha Virgis
& Martyris pxmá zeznanq uczynić, iakosz de facto czyni. Et hic in conti
nenti personaliter comparens Gnosus Georgius Mrozowicki Notarius Terrestris
Terræ Halicien, sanus mente & corpore exns foro suo quouis proprio omisso
& Iurisdictione competenti posthabitâ, presenti autem Nrâ Regiâ benecnsè as
sumptâ, palam, publicè liberèque recognouit. Quia ipse Mustri & Magcus
Ioanni à Pieskowa Szkata Wielopolski Castellano Voynicen Varsavien Capi
taneo Nro, iam exnunc & de facto de omni & integro Iure quod sibi ab eodem
Magnco Castellano Woynicen super Bona omnia mobilia & immobilia, Ma
gnica Hieronymi Radzieiowski, per Nos eidem Magnco Castellano Priuile
gio data & donata, cum omnibus eiusdem Insercnis per eundem Magnum
Castellanum Woynicen, in personiam Recognoscentis facta & recognita, clausu
lis, punctis, Iuris beneficijs circumstantijs & prærogatiuis, Causis, Processibus,
& eorundem Bonorum Possessoribus, prout eadem Inscriptio coram Actis ca
stren Varsavien latius & clarius continetur; in personam Illnis & Magnici Ioannis
Wielopolski Castellani Voynicen Capitanei Nostri Varsavien cedit, transfun
dit & transcedit. Quod & manu propria subscrit. Georgius Mrozowicki Nota
rius Terrestris Halicziensis Secretarius Regiæ Maiestatis. Quam quidem
Manifestationem & Cessionem Nos ad Acta presentia suscepi & in gros Pra
exhydemique in forma authentica fideliter de verbo ad verbum deprompta
Parti postulanti extradi permisimus. In quorum fidem præsentibus Sigillu
Regni est appressum. Actum & Datum Varsaviæ Feria Quinta post
Festum Sanctæ Annæ Matris Beatissimæ Virginis Mariæ proxima Anno
Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo PRIMO.

Pacta

PACTA
OLÎUENSÎA
cum
Serenissimo Rege Regnoq; SUECÎAE

Offert eadem Pacta Secrius Brandeburgicus

Joannes Casiminus &c. Significamus &c.

Ex. Quod veniens personaliter ad Acta præsentia Metrica Nrä Maioris Cancellariæ Regni Gnosus Joannes Fridericus Matthias Status Semi Electoris Brandeburgici Intimus Secretarius, sponte ullo & libere Pacta, inter Nos & Rempublicam Polonam Magnumq; Ducatum Lithuaniæ, necnon Confœderatos Nros ab una & Serenissimum Carolum Regem Regnumque Sueciæ, illorumque belli socios Oliviæ Die Tertia Mensis May Anno pxmè præterito Millmo Sexcentmo Sexagmo facta & Finita, & per Nos Varsoviæ in Convocatione solenni die vigmâ Sexta Junij Anno eodem approbata renovavit. Petens ea Actis præsentibus inseri. Caterum prædictorum Pactorum tenor est eiusmodi. NOS Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &c. &c. &c. Significamus omnibus & singulis quorum interest. Dedisse Nos Commissarios ac Legatos Nros plena potestate ac Mandatis instructos ad tractandum, interveniente Mediatione Christianissimi Regis de pace perpetuâ cum Serenissimo ac Potentissimo Principe ac Domino, Dno Carolo, Suevorum Gothorum Vandalorumq; Regè & Principe hæreditario, Magno Principe Finlandiæ &c. &c. &c. Consanguineo Nro & Regno Sueciæ. Qui ingressi cum Serenitatis suæ & Regni Sueciæ Legatis ac Commissariis sequentia Pacta, ut verbotenus infra sunt expressa & inserta inierant, statuerunt

statuerunt & concluserunt. IN NOMINE SACRO
SANCTÆ & INDIUIDUÆ TRINITA
tis. Notum sit Vniuersis ac singulis quorum interest, aut quomodolibet interes
se potest, Postquam à multis annis bella dissidia inter Sermos Reges Regnaq
Poloniæ & Sueciæ orta & interdum inducys præcipue vero Sexennialibus
Anno Millesimo Sexcentmo Vigesimo Nono: deinde Viginti Sexennialibus Ano
Millmo Sexcentmo Trigmo Quinto sopita & composita fuerint, ac denique inter
Serenmum et Potentmum Principem ac Dnum Dnum Joannem Casimirum
Regem Poloniæ, Magnum Ducem Lithuaniæ &c &c &c. & Sermum ac Po
tentmum Principem ac Dnum Dnum, Carolum Gustauum Sueconum, Gotho
rum Vandalorumque Regem, Magnum Principem Filandiæ &c &c. &c. de
uentum sit ad bellum, quod non solum dictos Reges Regnáque eorum pè plures
annos exercuit, sed & Poloniæ Fœderatos ac belli Socios videlicet Sermum &
Potentmum Principem ac Dnum Dnum Leopoldum Electum Romanorum Im
peratorem semper Augustum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Cro
atiæ & Sclauoniæ Regem, Archiducem Austriæ &c &c &c. Serenmo Regi
& Regno Poloniæ ad eiusdem requisitionem auxilia ferentem, nec non Sere
nissimum Principem ac Dnum Dnum Fridericum Wilhelmum Marchionem
Brandeburgicum, Sacri Romani Imperij Archi Camerarium & Principem Elec
torem, Magdeburgi, Prussiæ &c. &c &c. Ducem, inuoluit, vnde multa Christi
ani sanguinis effusio, cum plurimarum Prouinciarum desolatione secuta est
tandem Diuina bonitate factum, ut vtrinque de pace Vniuersali inter Regem
Regnq; publicam Poloniam & eius Confœderatos & belli socios ab una & Re
gem Regnumque Sueciæ, ab altera Parte suscepta sit cogitatio, operâ & studio
Serenmi & Potentissimi Principis ac Dni Dni Ludouici XIV Gallianum &
Nauarræ Regis Christianissimi, qui huic Paci conciliandæ Mediationem obtu
lit & in ipso negotio Pacis per Illmum & Excellentmum Dnum Antonium
de Lumbres, D. de Heubingen. Loos & la Cloye Comitem Consistorianum Regij
Ordinis Equitem, Legatum suum, eandem Mediationem, Sermis Regibus
Poloniæ & Sueciæ, necnon Sermo Electore Brandeburgio acceptantibus præ
stitit. In cuius ergo finem ex mutua Partium Conuentione constituta est dies
vigma 6ta
quinta Januarij Anno Millesimo Sexcentmo Sexagmo Congressui Pleni
potentiarum Oliuæ instituendo. Comparentes igitur statuto tempore ac loco
omnium paciscentium legitimè constituti Legati Plenipotentiarij, à parte
quidem

guidem Sermi Regis Reiquepublicæ Poloniæ, Illmi & Excellentmi Dni ex ordine Senatorio guidem Dnus Ioannes Comes à Leszno Palatinus Posnanien. Reginalis Maiestatis Supremus Aulæ præfectus ac Marschalcus Generalis Majoris Poloniæ Mariæburgen. Cursunen. Gubernator, Dnus Georgius Lubomirski Comes in Wisnicz & Iarostaw, Supremus Regni & Campi Marschalcus, Generalis Cracovien. Sepusien. Chmielnicen. Pereastavien. Casimirien. Olstinensis Gubernator. Dnus Nicolaus in Prazmow Prazmowski Supremus Regni Cancellarius Nominatus Episcopus Luceoriensis & Brestien. Abbatiæ Siecciechovien. Admnr Perpetuus, Præpositus Sancti Michaelis Ecclesiæ Collegiatæ in Arce Crac. Dnus Christophorus Pac Supremus Magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarius Wilkoviscensis, Ostrinensis, Kozienicensis, Kleszczelensis & Nemonecensis Gubernator: Ex ordine vero Equestri Dnus Ioannes Andreas de Raciborsko Morstyn Referendarius Regni, Kowalensis & Zawichostensis Gubernator. Dnus Vladislaus de Nagłowice Rey Thesaurarius Curiæ Regni Reginalis Maiestatis Cancellarius Neokorainen. Libusien. Camionacen. Gubernator. Dnus Joannes in Gnin Gninski Pomeraniæ Succamerarius, Gnesnen. Gubernator, & Papalæ Foederatorum Poloniæ, videlicet Serenmi Imperatoris Romanorum, Illmi & Excellentmi Dni, Dnus Franciscus Carolus Libsteinski Sacri Romani Imperij Comes à Kollowradt, Dnus in Zeichenau Sacræ Cæsareæ Regiæq; Hungariæ & Bohemiæ Maiestatis Consilianus Camerarius Iudicij Majoris Provincialis Assessor Regius Comitenens & Appellationum in Arce Pragensi Præses Dnus Franciscus Liber Baro de Lisola a Thiese & Marienfeld Consilianus Cameralis Aulicus. Et Sermi Electoris Brandeburgici Illmi & Excellentmi Dni Dnus Ioannes ab Hoverbecke in Eichmedien. Baranowen. Geyersualde & Domkau Dnus & Hæres, Suæ Serenitatis Consilianus Status Intimus Electoratusque Dapifer hæreditarius, Aschensteinen. Præfectus. Dnus Laurentius Christophorus à Somnitz in Gronsdorff, Drenaw & Gerbero Dnus & Hæres Suæ Serenitatis Consilianus Status intimus & Orientalis Pomeraniæ Cancellarius eiusdemque Ducatus Cameranus hæreditarius Lauenburgen. & Butowien. Præfectus. Dnus Albertus ab Ostaw in Nerwiken & Kegels Dnus & hæres, Suæ Serenitatis in Supremo Ducalis Prussiæ Appellationum Iudicijs Consilianus. A parte vero Serenmi Regis Regnique Sueciæ Illmi & Ex-

cellen

cellentmi Diui Dnus Magnus Gabriel de la Gardie Comes in Leckoo & Arens
burg Liber Baro in Eckolmen. Dnus in Hapsal, Magnus Hoff & Hoiendorp
Regiæ Suæ Maiestatis Regnique Succiæ Senator & Thesaurarius, Gene
ralis Gubernator Liuoniæ & Locumtenens per Esthoniam, Liuoniam & Ingri
am Militiæ Generalis, Iudex Prouincialis Vestro Gotiæ & Dalie, nec non
Academiæ Vpsaliensis Cancellarius. Dnus Benedictus Oxenstierna Comes
in Roschölm & Wasa Liber Baro in Moreby & Lindholmen. Dnus in Copori
um & Rosensberg & Suæ Regiæ Maiestatis Regnique Succiæ Senator &
Cancellariæ Consiliarius. Dnus Christophorus Carolus schlipenbach Comes in
Schowede Liber Baro in Liwsala. Dnus in Salinge Sacræ Regiæ Maiestatis
Regnique Succiæ Senator & Consily bellici Præses, & Dnus Andreas Gulden
klau Dnus & hæres in Schonela, Ekeby. Hulinge & Hulterstad Regiæ Suæ
Maiestatis Consiliarius Status & per Pomeraniam Regiam Regiminis ac
Consily Status vt & Supremæ Curiæ iustitiæ Præses. Post inuocatum Diuini Nu
minis auxilium, mutuasque Plenipotentiarum tabulas (quarum Apographa
sub finem huius Instrumenti de verbo ad verbum inserta sunt) rite commuta
tas, Tractatus pacis auspicatè inchoatus est. Et licet in eius ferè decursu pre
memoratus Serenmus Rex Succiæ, disponente ita Diuina prouidentia à
mortali hac vita decesserit: Tractatus tamen hic renouiatus à Seemo & Po
tentissimo Principe ac Dno Dno Carolo Successorum Gothorum Vandalorumq;
Rege & Principe Hæreditario Magno Principe Filandiæ &c. &c. &c. Plenipo
tentiarum Tabulis, quæ ad calcem huius Tractatus quoque inseruntur) feli
citer continuatus est, ac tandem ad Diuini Numinis gloriam & Christianæ Rei
publicæ salutem, partes omnes in mutuas Pacis & Amicitiæ Leges consensi
runt & conuenerunt tenore sequenti. I Sit Pax Vniuersa
lis ac Perpetua & vera sinceraque Amicitia inter Serenmum & Potentmum Principem ac Dnum Dnum Ioannem Casi
mirum Regem Poloniæ Magnum Ducem Lithuaniæ &c &c. &c. eiusque
Regiæ Maiestatis Successores ac Posteros Reges Poloniæ, Magnos Duces Lith
uaniæ, Regni subiectas illis Ditiones ac Prouincias, atque eiusdem Maiestatis
& Regni Poloniæ confœderatos. Inprimis Serenmum & Potentissimum Prin
cipem ac Dnum Dnum Leopoldum Electum Romanorum Imperatorem semi

per

per Augustum Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauo
niæ Regem Archi Ducem Austriæ &c. &c. &c. eiusque Maiestatis hæredes
ac Successores, Prouincias ac Ditiones intra vel extra Imperium Romanum si
tas: & Sermum Principem ac Dnum Dnum Fridericum Vilhelmum Mar
chionem Brandeburgensem, Sacri Romani Impery Principem Electorem &
Archi Camerarium Magdeburgi, Prussiæ &c. &c. &c. Ducem eiusque Sere
nitatis hæredes ac Successores, Prouincias ac Ditiones in vel extra Imperium
Romanum sitas ab vna: atque Sermum & Potentmum Principem ac Dnum
Dnum Carolum Sueconum, Gothorum & Vandalorum Regem Magnum Princi
pem Filandiæ &c. &c. &c. eiusque Maiestatis Successores ac Posteros Reges
Sueciæ Regnumque Sueciæ atque subiectas illi intra vel extra Imperium
Ditiones ac Prouincias ab altera parte: Ita vt altera Pars alteri posthac ni
hil hostilitatis aut inimicitiæ, clam aut palam, directe vel indirecte in
ferat vel per suos aut per alios infesti faciat, nec alterius hostibus auxilia
quocunque nomine præstet, nec cum alterius hostibus fœdera huic Pacis con
traria ineat, nec quicquam in alterius status & securitatis diminutionem
per se vel per alios molietur aut tentet, vel tentari faciat, sed vtraque Pars
alterius vtilitatem, honorem ac commodum promoueat, & fidam inuicem
Vicinitatem, Pacem & amicitiam sancte colat ac seruet. Pacta vero & fœdera
omnia, quæ Partes pacisscentes inter se vel cum alys Principibus ac Statibus
vtrinque sancita habent, quæ ad omnia sua puncta, clausulas, & articulos
integra & in pleno robore suo permaneant. Ita tamen vt per ea præsens Trans
actio Pacis nullum Præiudicium patiatur. II. §. 1. Sit vtrinque per
petua Oblivio & Amnestia eorum omnium, quæ quocunque loco modoq;
quacunque Pacisscentium Partes, hactenus hostiliter facta sunt; ita vt nec eorū
nec vllius alterius rei Causa vel prætextu, vlla Pars alteri posthac quic quam
hostilitatis aut inimicitiæ specie Iuris aut viâ facti inferat aut per suos alios
ue infesti faciat. II §. Hac generali Amnestia gaudeant omnes & singuli
cuiuscunque status & conditionis & religionis fuerint, vt & omnes Communi
tates, quæ abvtrinque Partes hostiles secutæ sunt, aut in hostilem possessionem
deuenerunt, nec vllis hoc bellum præiudicio & noxæ sit, in suis Iuribus Priui
legys ac Consuetudinibus generalibus & specialibus, tam in Ecclesiasticis

quam

quam in Ciuitibus, profanisue, quibus ante hoc bellum gauisi sunt, sed ys intro
tum fruantur secundum Leges Regni. Nec vllis Communitatibus aut priuatis
actio ratione adhæsionis hostis intentabitur, ita vt nemini liceat vllum negotiu
facessere ratione adhæsionis vllius hostilis aut eam exprobrare. III. §. Ciui
tatibus Prussiæ Regalis quæ in possone Suæ Regiæ Maiestatis Regnique Sue
ciæ hoc bello fuerunt, manebunt, itidem omnia Iura, Libertates & Priuilegia
quibus siue in Ecclesiasticis siue in profanis potitæ sunt ante hoc bellum (sal
uo libero vti ante bellum viguit in prædictis Ciuitatibus Catholicæ & Euange
licæ Religionis exercitio) earumque Territoria Magistratus & Communita
tes, Cives, Incolas & Subditos Sacra Regia Maiestas Poloniæ, eadem quâ
olim clementiâ & gratiâ Regia in posterum prosequetur fouebit & tuebitur.
Dabitur ysdem quoque facultas ædificia publica & priuata per inuiriam bel
li destructa reficere & readificare. Pro his vero qua necessitate defensionis
destructa sunt minimè tenebuntur. Quoad ea vero quæ militiæ Suecicæ Tributi lon
ab vtrusque Insulæ subditis exhiberi necesse fuit, à nemine molestia inferretur: Sicut
& propter decimas alioue Census, quibus subditi Insulam satisfacere tempore belli
minimè potuerunt, non turbabuntur. IV. §. Cuncta actiones & Inquisitiones aduer
sus illos, qui Pactibus hostilibus hoc bello adhæserunt, vel eosdem secuti esse insimu
lantur, quibuscunque in locis Poloniæ, Magni Ducatus Lithuaniæ, Prussiæ Regalis
Curlandiæque habitent, cuiuscunque status & conditionis aut religionis sint, siue
priuati vixerint siue officio publico functi, aut Seruitys Sacræ Regiæ Maiestatis
Suecicæ in Toga vel Sago adstricti fuerint, institutæ nec dum finitæ, & ad executio
nem deductæ abrogentur, omnique executione carcant in perpetuum. Et in poste
rum contra eos nullâ vnquam quæstio vel actio ex Causa hâc instituetur. V §. Quæ
durante hoc vltimo bello Iure Fisci ex occasione ac prætextu adhæsionis aut Pro
hactenus alterius Pacti, cuiquam siue Nobili siue Plebeio cuiuscunque status, con
ditionis ac religionis adempta, vel Fisco illata vel alys collata sunt Bona, siue Re
gia ac Reipublicæ, siue etiam Priuatorum sint: mobilia quidem si tradita sunt
modernis Possessoribus relinquantur; Si vero eiusmodi Iura Caduca hactenus
in executionem deducta non sunt, antiquis possessoribus relinquantur, neq;
vlla actio de hinc aduersus Communitates, aut priuatos, ratione eiusmodi Bo
norum intentetur. Bona vero immobilia, hæreditaria, aduitalitia & Iure hy

potheca possessa. Fisco applicata, tum quorum Donationes & largitiones facta sunt, siue iam ante tradita siue nondum tradita sunt maneant, penes ant i quos Dnos, de cætero cessantibus omnibus actionibus, ratione reddituum siue ex publicis siue ex priuatis bonis perceptorum. III. 1 §. Sermus ac Potentissimus Princeps ac Dnus Dnus Ioannes Casimirus REX Poloniæ pro se ac hæredibus Posterisque suis amore Pacis, vigore huius Instrumenti Pacis solenniter, ex nunc & in perpetuum renunciat omnibus prætensionibus in Regnum Sueciæ & Magnum Principatum Finlandiæ & alias ipsis subiectas Prouincias, Regiones, ditiones, Ciuitates, Castra & munimenta, siue hæc omnia nuper siue ab antiquo acquisita sint, necnon in Bona Auita in Regno Sueciæ, dictisq; Prouincys sita, in Regnum Sueciæ dictasque Prouincias & Bona, præsentibus vel futuris temporibus, nihil quidquam prætensurus. Quoad titulos vel insignia ita conuentum est, quod Sermus REX Poloniæ prout hactenus, ita in posterum ad dies vitæ suæ vtetur integris titulis, & sigillis insignibusque Regni Sueciæ in Polonia & ad omnes Principes status & priuatos extra Sueciam, sine vllo tamen plenariæ supradictæ renunciationis præiudicio. Dictis vero titulis & insignibus non vtetur ad Sermos Reges Regnumque Sueciæ in Literis, alysq; Diplomatibus aut scriptis sed obseruabitur abhinc receptus hactenus modus abbreviandorum titulorum cum Cæteterationibus, ita vt post verba Magnus Dux Lithuaniæ tres Cæteterationes in titulo Sermi moderni Regis Poloniæ: Vicissim post verba Magnus Princeps Finlandiæ tres Cæteterationes in titulo Sermi Regis Sueciæ adyciantur. Insignibus tamen Regni Sueciæ in Sigillis Regis & Reipublicæ Poloniæ, dum in Sueciam scribetur penitus omissis. Post obitum vero moderni Serenissimi Regis Poloniæ, Successores eius & Respublica Polona, in Titulos & insignia Sueciæ nihil vnquam prætendent, sed vtinque Reges & Regna suis quisque titulis & insignibus tantum plenarie gaudebunt & vtentur. IV. 1 §. Sermus REX & Status Ordinesque Regni Poloniæ Magnique Ducatus Lithuaniæ, à modo & in perpetuum cedunt vi huius Pacificationis Sermo Regi Sueciæ eiusque Successoribus Regibus Regnoque Sueciæ omnem illam Liuoniam Transdurianam, quam Suecia hactenus per tempus inducianum tenuit & possedit, vt & Partes Cis Durianas omnes & Insulam Runen in Mari sitam quas per idem tempus inducianum Suecia tenuit & possedit, necnon quicquid Iuris Regibus & Reipublicæ Poloniæ in Esthoniam & Osiliam hactenus Vl

modo

modo competere poterat. Atque hæc quidem omnia & singula cum omnibus suis pertinentijs terrestribus & maritimis, Vrbibus, Arcibus, Propugnaculis, Bonis & prouentibus, nec non Iuribus Iurisdictionibus Regalibus & Superioritatibus tam in Ecclesiasticis quam in Politicis, nullis penitus exceptis, in plenum Dominium & Proprietatem Regum, Regnique Sueciæ transferunt; Ordinesque & Subditos in illa Liuonia, eiusque recensitis Pactibus, omni erga Regem & Rempublicam Polonam obedientiæ Vinculo & fidelitatis Sacramento exoluunt. Nihil vngm in eos ac dictam Liuoniam, eiusque pertinentias posthac pretensuri. Cis Dunam autem Semin Reges Regnumque Sueciæ, non vlterius quam hactenus fines suæ possessionis in Curlandia aut Semigallia promoueant, aut Seruitutes à Subditis Illmi Curlandiæ Ducis exigant, aut vllum Ius lignandi aliudue quodvis in Curlandia & Semigallia prætendant. Commissary vero ad declarandos & determinandos ab vtraque Pacte fines "abutrinq" deputabuntur & Commissio hæc intra Quatuor septimanas, à subscripto Tractatu inchoetur & intra duas expediatur. II. S. Quod religionem Catholicam eiusque exercitium, in Liuonia Suecica possessionis attinet, omnes Incolæ Liuoniæ Subditique illi Religioni addicti, omni securitate gaudeant, ac conscientiâ liberâ, religione, deuotioneq; suâ domi sine inquisitione vel animaduersione priuatim vtantur. III. S. Tituli Prouinciales tam Spirituales quam Sæculares Senatorij & Equestris Ordinis in Liuonia Suetica, penes Possessores modernos maneant, durante ipsorum vita, sine vllis prouentibus aliisque prætensionibus. Nec vllum exinde præiudicium Iuris Sacræ Regiæ Maiestatis Regnique Sueciæ in Liuoniam Sueticam, neque prætensio quæpiam Regno Poloniæ Magnoque Ducatui Lithuaniæ, interea temporis & infuturum inde enascetur. IV. S. Iudicia omnia Decretaque ad cuiusuis instantiam, modo non inuitos aut absentes lata, necnon Contractus & Transactiones in locis, dum illa hoc bello Suecia tenuit, instituta judicialiter siue extraiudicialiter, si modo statui publico, qui ante hoc bellum fuit, & pacificationi præsenti non contrarientur, firma maneant, æque ac si nulla Regiminis & Magistratuum mutatio interuenisset, salvis appellationibus & reuisionibus in ijs, in quibus hæc Iuris remedia, hactenus haud fuerunt adhibita, & quæ in rem iudicatam non transierunt. Sententiæque & Decreta, si quæ Riga in Incolas & Subiectos Magni Ducatus Lithuaniæ, tum & Curlandiæ Semigalliæque in inuitos, vel in auditos, & ex aduerso si similia per Magistratus Magni Ducatus Lithuaniæ & Curlandiæ in Liuoniæ

Liuoniæ Suecicæ subditos, circa tempus belli lata fuerint, nullum valorem & robur obtinebunt in perpetuum. VI. §. Pars Liuoniæ eaque Australis, quæ ante hæc & per hæc bella & temporibus Inducierum, sub ditione fuit Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lithuaniæ, nempe Duneburgum, Roziten, Lutzen, Manenhusen &c. Itemque reliqua omnia loca, quæ per Commissarios ad id vtrinque deputandos fuisse per tempus Inducianum Polonicæ Possessionis inuenientur, cum omnibus suis pertinentys Territorijsque, Vrbibus, pagis, fructibus & prouentibus, Theloneisq; Iuribus, directoque & vtili dominio, remanent in possessione Sermorum Regum & Regni Poloniæ Magnique Ducatus Lithuaniæ, nec Serm. Reges Regnúmque Sueciæ in istam Partem Liuoniæ & ab altera diuersam, neque in Ducatus Curlandiæ Semigalliæque & Districtum Piltensem, vel respectu Liuoniæ Septemtrionalis vel quouis alio prætextu vllum vnquam Ius prætendent, aut prætendere poterunt. Cùm vero Magnus DVX Moschoniæ, a nonnullis dictam Liuoniam Polonicam, sed etiam Partem Sueticæ occupatas, armis nunc teneat; ideo conuentum est, vt si Respublica Polonia aliquid ex Liuonia Suetica, quocunque tempore à Moscis, armis, Tractatibus aut aliter receperit, teneatur totum id Sueciæ vltro & gratuito, non imputatis belli expensis restituere: Eodem modo & vicissim si Regnum Sueciæ aliquid, ex Liuonia Polonica quocunque tempore à Moschis, armis, & Tractatibus aut aliter receperit, teneatur totum id Poloniæ & Magno Ducatui Lithuaniæ, vltro & gratuito non imputatis belli expensis restituere. II §. Titulis & Insignibus Liuoniæ tam Sacra Regia Maiestas Poloniæ, eiusque Successores Reges Poloniæ, Magnique Duces Lithuaniæ, ratione Australis Liuoniæ, quam Sacra Regia Maiestas Sueciæ eiusque Successores Reges Sueciæ ratione Liuoniæ Septemtrionalis, promiscue vtentur sub titulo Ducatus. III. §. Si quas posthac Controuersias de limitibus, aut de rebus alys inter Regnum Poloniæ, Magnum Ducatum Lithuaniæ, Liuoniam Polonicam, Curlandiamque & Semigalliam ab vna parte & Regnum Sueciæ eius Subiectas Prouincias, in primis Liuoniam Suecicam ab altera incidere & subinvi contigerit, ea per Deputatos vtrinque Commissarios ad fines Liuoniæ amicabili ratione complanientur. Si quæ vero lites Minores exorta fuerint inter Subditos & accolas Vtriusque Partis, nec transigi deyo amicabiliter inter litigantes possit, quælibet Pars ad suum competens forum remittatur & Iustitia indilatè administretur. VII §. Subditi hoc vltimo bello & in futurum fugitiui, Magni Ducatus Lithuaniæ

niæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Poloniæ & Curlandiæ, Semigalliæq; qui cunque in Liuoniæ Suetica reperti fuerint, suis Dominis, sine vllo Processu Iuris, reddentur, ma cum suis mobilibus quæ inueniri potuerunt, quæ profugus secum tulit, nec sub Nouo Domino acquisiuit. Quod etiam Vicissim obseruabitur. Si qui Subditi fugitiui Liuoniæ Suetica in Magno Ducatu Lithuaniæ, Liuoniâ Polonica & Curlandiâ Semigalliaq; reperti fuerint. Si qui etiam abducti sunt & adhuc supersunt, reddantur & illi sine Processu Iudiciario suis quiq; Dominis. V. 9. Quo fauorem commerciys & Nauigationibus Sacra Regia Maiestas Poloniæ contestetur, signa Nautica in Domesnes & Luserhort extructa consistere permittit. De ratione vero conseruationis & manutentionis eorundem, conuenietur à Suecis, cum fundi Dominis, nullo inde Iure aut prætensione Regni Sueciæ in fundos dictos aut Territorium Piltense enascente aut enascituro. VI. Illmus in Liuonia Curlandia & Semigallia DVX, cum Sermâ Coniuge prolegue Sua Ducali ac tota familiâ & Aula, absq; vlla protractione intra sex septimanarum spatium à die quinta Aprilis styli noui Rigam sistetur, inde vero intra dies quatuor decem, decenti & Suæ dignitati accommodato conueniêntique modo, vbi modernus Tractatus subsonis fuerit, ad fines Semigalliæ deducetur, omniaque sua suorumq; mobilia non distracta, vbicunque intercepta, vel Rigæ deposita, Literatoria similiter siue publica siue priuatorum documenta, bona fide extradentur & Mithauiam reportabuntur, ante cliberationem autem suam ac restitutionem plenariam, peculiari Reuersalium Diplomate caueat de non offendendo aut vindicando aliquid contra Sacram Regiam Maiestatem Regnumque Sueciæ in futurum, Salua fidelitate & obligatione Regibus Regnoque Poloniæ & Magno Ducatui Lithuaniæ debita. VII. 1 Serenissimus Rex Regnumque Sueciæ restituit Sermo Regi Reipublicæque Poloniæ Mariæburgum, Elbingamque cum suis Fortalitys, reliquaque in Prussia loca, quæ Suecis præsidys tenentur. Ac Mariæburgum quidem vna cum Arce ac Fortalitys suis vt & Stumâ, intra Octiduum à subscriptione moderni Tractatus & deposita in manus excellentissimi Dni Mediatoris, Serenissimi Regis Poloniæ prouisionali horum Pactorum ratificatione, euacuabitur & præsidium Suecicum inde Elbingam deducetur: Elbinga autem cum suis Fortalitys, vbi Tractatus modernus plenaria Sermi Regis Poloniæ ratificatione confirmatus & per Reipublicæ Comitiali authoritate delegatos pro futuro Conuentu ratificatus fuerit, quatridus post ipsam ratificationum Commutationem sine contradictione euacuabitur & in ma-

nus

mus Serenmi Poloniæ Regis eiusque Commissanorum tradetur. Bauskum etiã
Mi & reliqua, si quæ in Sueconum potestate loca in Curlandia. Præsidys Sueti
cis euacuabuntur intra octiduum, post quam notitia ad Generalem Exercitum
in Liuonia, vel in absentia eius ad eius Locumtenentem, peruenerit de subscripto
Tractatu, qua notitia per tubicines vtriusque Partis coniunctim Rigam defere
tur. II. §. Deductio Militia Succica, tna cum bellicis tormentis maioribus
& minoribus iuxta factam hic Conuentionem, nec non cum impedimentis fiet
Elbinga diuersis vicibus, intra tamen definitum tempus permutationis Rati
ficationum & Euacuationis Elbingæ, dato eidem libero & innoxio transitu
per Itabum ad Portum Pilauiensem & inde ad Naues proprias, quas Milites
conscensui & ad Ditiones Suecicas ituri sunt. Imponetur autem dictæ Mili
tiæ circa deductionem Nauibus Elbinganis, & si illæ non sufficiant, tum Na
uibus adiacentium Territoriorum alienum sine vllo pretio. Communicabit
etiam Præfectus Militiæ Suecticæ & conueniet cum Præfecto Militiæ Electoralis
aut eius Locumtenente de modo Transitus per Portum Pilauiensem. Et fiat
decetero eiusmodi deductio sine damno & noxa Subditorum in Prussia tam
Poloniconum quam Electoralium. Quod si per periculum belli Maritimo iti
neri sese militia committere tuto nequeat, liber illi & innoxius transitus per
Terram, quam breuissimo itinere in Ditiones Iuris Suetici proximas, sine da
mno Incolarum Reipublicæ Poloniæ & Serenmo Electori Brandeburgico sui
bjectorum, deducentibus Commissarys Serenum Regis Poloniæ & Electoris Bran
deburgici concedi debet. Iustitia vero per Præfectos indilata, bona fide admi
nistretur damna & iniuriam passis. III. §. Si cui aut quibus in Ciuitati
bus Prussiæ euacuandis animique Territorys non placuerit manere, sed
mutato domicilio, alio sese conferre, ys libenum sit in spatio Trium abhinc annorũ
sua diuendere, alys elocare, aut pro suo libitu distrahere, sine vllo impedimento
aut onere, sub quocunque prætextu imponendo, saluis antiquis Ciuitatum Iuribus
& Priuilegys. VIII. Quicquid in Polonia & Magno Ducatu Lithuaniæ
Prouincysq; annexis, inysque Curlandia per hoc bellum Serenmo Regi, Regnoq;
Sueciæ, commiq; Ducibus ac Legatis, vel à priuatis, vel à Communitatibus exerci
tibusq; & Prouincys per necessitatem belli vel aliter datum est, quocunq; titulo

Diplo

Diplomatum, Obligationum, & Literarum, Instrumentorum & Actorum publicorum, ea omnia authographa, quæ supersunt Sermo Regi & Reipublicæ Polonæ Ducig; Curlandiæ circa Ratificationum Commutationem Bonâ fide extradentur. Quod si naufragio abscripta sint vel alio modo pereirint, omnia eiusmodi scripta Acta quæ priuata & publica ex nunc cassantur, annihilantur & eliminantur; Nihilque exinde Reges Regnum quæ Succiæ in Provincias, Exercitus Districtus vel priuatos in Polonia, Magno Ducatu Lithuaniæ & Provincijs illi annexis vel subiectis, in specie etiam Curlandiæ & Districtu Pilkensi, Juris prætendere velle aut posse omni melior modo declaratur. IX Restituentur quoque à Parte Sueconum omnia Archiua, Acta publica, Castrensia Iuridica, Ecclesiastica, necnon Bibliotheca Regia, quæ ex Regno Poloniæ & Magno Ducatu Lithuaniæ auecta, & quorum Copia haberi potest, idque intra tempus Commutationis Ratificationum vel ad Summum intra tres Menses à facta commutatione. X. Obligationes atque recognitiones si quæ sunt ab Illmo Curlandiæ & Semigalliæ Duce aut Incolis Curlandiæ & Semigalliæ Districtusq; Piltensis exacta per Suecos, aut vicissim à Suecis per Polonos in totum cassantur, nullumque habere pondus declarantur. XI. Debita inter vtriusque Partis Subditos & Incolas, tum etiam à Ducibus & officialibus belli vbicunque contracta vtrinque Bonâ fide soluentur. Si quæ vero hoc bello vltimo obligationes & Recognitiones exorta abstringue sint, in totum cassantur, nullumque pondus habere declarantur. XII. Depositâ aliaq; bona mobilia vbicunq; reperiuntur & Fisco nondum adiudicata bonâ fide pro pijs dominis restituantur, Nemo autem tenebitur ad eorum refusionem quæ Fisco adiudicata & extradita sunt & præstandam. XIII. Tormenta bellica Maiora Minoraque in Polonia, Magno Ducatu Lithuaniæ, Prussia, Curlandia, cæterisq; annexis Provincijs à Suecis capta, siue sint Reipublicæ siue priuatorum siue Ciuitatum, quacunq; in locis euacuandis reperientur, exacte reshinquentur. Quæ vero ex Suecia inuecta sunt in Poloniam, Lithuaniam, Prussiam, Curlandiam, liberum erit Suecis, sine Vlla prætensione secum auferre. Transactioni quoque Dettitionis Thorunia, quod adhuc restat hac in re satis fiet. XIV. Quicunque hoc bello abstinq; inter Polonos Lithuanos & Suecos in quocunque loco capti sunt, cuiuscunque conditionis ac status liberi & sine vllo soluto pretio, nisi aliter ante hunc Tractatum ab ijs

conuentum

conuentum fuerit dimittentur, pristinaque libertati restituentur. Solutis tamen impensis Officiariorum in Victum eorum factis & debitis, in Captiuitate ab eis contractis. Cæterum captiuis quoq; annumerandi & abstraque Parte restituendi sunt, qui inuiti Militiæ alterius Partis nomina dederunt. Omnes vero supradicti, quidem in Polonia Magno Ducatu Lithuaniæ, Prussiâ Regali vtraque Liuonia aut Curlandia detinentur, intra tres septimanas à subscripto modo Tractatu, illi autem qui extra Poloniam, Lithuaniam, Liuoniam & Curlandiam detinentur, intra tres Menses libertati restituantur. Quod autem de Captiui conuenti solutione, hic supra dictum est, tantum locum habebit in Maioribus Officiarys, vt pote Generalibus Tribunis, Tribunorum Locum tenentibus & Capitaneis. II. §. Sacra Regia Maiestas & Regnum Poloniæ, Magnusque Ducatus Lithuaniæ id pacti huic perpetuæ dandum censuerunt, vt authoritatem & Officia sua interponant apud Chamum Ordasque Tartarorum, quo sine Ly tro Captiui in Tartaria Suetici, intra sex abhinc Menses, inde dimittantur, dimissi vero per Regnum Poloniæ, Magnumque Ducatum Lithuaniæ, annexasq; iis Prouincias, liberè ac tuto transeant. & benigne ad Prouincias habiti Ditionesque Iuris Suetici promoueantur. XV. I. §. Commercia pristina sint libera & non impedita, inter vtrumque Regnum Poloniæ Magnum Ducatum Lithuaniæ & Sueciæ, subiectas illi Prouincias, subditos & Incolas, tam Terra quam Mari & in veteri vsu atque exercitio quo fuerunt tempore induciarum, conseruentur. In primis sit liberum Commerciorum exercitium, liberaq; defluitatio merciũm per fluuium Dunam & Bulderauiam, Subditis & Incolis Regni Poloniæ Magnique Ducatus Lithuaniæ & Polonicæ Liuoniæ Curlandiæque ac Semigalliæ, cum Subditis, Incolisue Liuoniæ Suethicæ: Et vice versa Subditis Incolisque Regni Sueciæ & Liuoniæ Suethicæ sit liber Commerciorum vsus, per eadem flumina cum Subditis Incolisque Poloniæ, Lithuaniæ Liuoniæ Polonicæ & Curlandiæ Semigalliæque: Thelonionum vero & Vectigalium in fluuio Duna & Bulderaa vt & Maritimorum ac Terrestrium in Liuonia eadem ratio & in eysdem tantum locis ab vtraq; parte imposterum sit, vti & vbi tempore induciarum & ante hoc vltimum belli fuit. II. §. Maioris quoque Poloniæ Incolæ, cuiuscunque conditionis sint siue Terra siue aqua commercia sua exercentes, nullis nouis Tholonys & Gabellis Stetini onerabuntur. III. §. Ciuitas quoque Gedanen & aliæ Prussiæ Ciuitates

uitates in Regno Suecia & subiectis Prouincys alys gaudeant ea libertate Commerciorum & vectigalium, quâ gauisa sunt ante hoc nouissimum bellum. XVI. Dominus Comes Konigsmarkius Campi Marschalcus Suecia absque vlla protractione, intra sex septimanarum spatium à die Quinta Aprilis. St. nou. Dantiscum modo decenti sistetur, inde vero intra dies Quatuordecem, vbi modernus Tractatus subscriptus fuerit eliberabitur, ante restitutionem autem plenariam, peculiari Reuersalium Diplomate caueat de non offendendo & vindicando aliquid contra Sacram Regiam Mttem Regnumque Polonia & specialiter Ciuitatem Gedanen. Salua tamen debita Regibus Regnoque Suecia obedientia & fide. XVII. Serenissimus Rex & Respublica Polonia Illma Principis Anna Maria, defuncti Illustrmi Principis Janusy Radiuily Palatini Vilnen Supremi Exercituum Magni Ducatus Lithuania Ducis, Filia Vnica, in adeundis secundum legitimas consuetudines Regni & Magni Ducatus Lithuania hereditatibus & Bonis Paternis ac Maternis, vigore Generalis Amnestia, præsenti Conuentione omnibus cauta, vt ei satisfiat, condignam rationem habituri sunt. XVIII. De mortuorum belli Ducum, atque Officialium alionum corpora siue in Polonia siue in Prussia adhuc inhumata & non nullis in locis aseruata sunt tradentur & non denegabuntur ys quibus curâ mandabitur ea inde deducendi. Quorum autem cadauera tum in priori, tum hoc vltimo bello humata sunt in Elbingensi, Marienburgensi & alys in Prussia & Polonia templis intacta iacentes sepulchra eorum ab omni violatione & inquietudine sint immunia. XIX. De Domini Ducis Croiani desiderio, ratione debitorum apud Rempublicam Polonam ita conuentum est, vt prædictus Dnus Dux Ius suum originalium Obligationum productione doceat, in proxime futuris Comitys Regni Generalibus, ibidemque debita ratio eius habeatur: Saluo quoq; Iure Illmi Ducis Curlandiæ, si quod eidem ad præfatas Summas pecunarias competierit. XX. Quoad Dominorum Comitum a Dehna postulatum & debitum apud Rempublicam Poloniæ, in quantum illud liquidari potent, iusta eorum ratio in futuris Regni Comitys habebitur. XXI Habebitur quoque æqua ratio a Suecia Domini Baronis Sigismundi a Guldenstern, quoad Bona in Regno Suecia vel illi Subiectis Prouincys prætensa. XXII. Eadem similiter Pax amicitia, amnestia & præteritorum

omnium

omnium perpetua Oblivio, sub eysdem clausulis & vinculis in hoc Instrumento contentis, vigeat & in perpetuum stabilita sit, inter Sermum & Potentissimum Principem ac Dnum Dnum Leopoldum Electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Germaniæ, Hungariæ Bohemiæ, Dalmatiæ Croatiæ, Schlavoniæ Regem, Archiducem Austriæ Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ Carinthiæ, Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ, ac Superioris & inferioris Silesiæ, Wittembergæ & Theckæ Principem Sveviæ, Comitem Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravium Alsatiæ Marchionem Sacri Romani Imperij, Burgoviæ ac Superioris & inferioris Lusatiæ Dominum Marchiæ Schlavonicæ, Portus Naonis & Salinarum Principuum Poloniæ Fœderatum belliqué Sociuni, necnon eius hæredes ac Successores Regna & subiectas Provincias, tam in quam extra Imperium Romanum eorumque subditos & Incolas ac Sermum Principem ac Dominum, Dnum Carolum Succorum, Gothorum Vandalorumque Regem & Principem Hæreditarium, Magnum Principem Finlandiæ, Ducem Scaniæ, Esthoniæ, Livoniæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiæ, & Vandalæ Principem Rugiæ, Dnum Ingriæ & Ismariæ, necnon Comitem Palatinum Rheni, Bavariæ Ducem eiusque hæredes ac Successores Reges Regnumq; Sveciæ & subiectas Provincias, tum in Imperio Germanico tum extra illud sitas, eorumque subditos & Incolas, ita vt quidquid vel ante hoc bellum vel illo durante, sive in Polonia, sive extra illam, seu ratione Auxilij Sermo Regi ac Reipublicæ Poloniæ præstiti, sive alia quavis de causa, mutuæ offensionis atque inimicitiarum aut prætensionum oriri potuit, perpetuæ oblivioni tradatur. Neutriqué Parti quocunque prætextu licitum sit, alterius Regna, Status aut Provincias, clam aut palam, directè vel indirectè armis impetere, vel illum in ipsas hostilitatis genus exercere: sed alter alterius commoda sectetur, & omnia inter Utramque Partem earumq; Status ac subditos, ad pristinum prorsus statum, unionem & fidam correspondentiam restituta & redintegrata sint, & nemini, ex utriusque Partis subditis aut Imperij statibus ac Vasallis noxa sit aut præiudicio, quoad alterius Partes hoc bello sago & toga fuerit sectatus; sed quicunque ex sola Causa huius belli de fortunis aut statu suo decidisset, is in pristinum statum, in quo ante

te

te hoc bellum immediatè fuit, quoad honores ac bona immobilia, nec non etiá quoad Bona mobilia, si Fisco nondum adiudicata & extradita sint, indilatè & sine contradictione restituantur, ysque plenariè gaudeant ac fruantur. II. §. Ut autem firmioribus fundamentis hæc Pax & Amicitia stabiliri queat Sacra Cæsarea Maiestas Loca omnia, quæ in Pomerania & Megapoli occupata præsidys suis insidentur, Serenmo Regi ac Regno Sueciæ, ea vero quæ in Olsatia & Ducatu Schlesuicensi, Duci Olsatiæ Gottorpiensi (qui præmia tamen Cautione de non Vindicando, iuxta formulam, de qua hic convenit hac pace consensu Partium inclusus censebitur) restituet plenariè cum Tormentis bellicis ipsorum propryis, vt armamentaria cæteroquè apparatu bellico nec non mobilibus cuiuscunq; generis, item Actis Cancellariæ Archivis, ac literarys documentis, prout ea omnia tempore occupationis, vel deditionis inibi reperta sunt, & adhuc non distracta extant. Qua euacuatio fiet locorum scilicet Pomeraniæ & Megapoleos, exceptis Vollinio, Dam & Greifenhagen, intra duas septimanas, a die permutationis ratihabitionum computandas, quæ tempore Elbinga quoque Poloniæ restituetur: Vollinum vero, Dam & Greiffenhagen, necnon loca Holsatiæ, & Ducatus schlesuicensis, intra alias duas sequentes hebdomadas, à die supra memorata permutationis euacuabuntur, deductis eodem tempore, è dictis locis, Præsidiarys Militibus, & è Provincys, ad Sacram Regiam Maiestatem, Regnumq; Sueciæ Duces Megapolitanos & Ducem Olsatiæ Schlesuici spectantibus copys omnibus ea ratione & modo, de quo inter Generales vtriusque Partis, vel eorum Locumtenentes, intra tempus ratihabitionibus commutandis præfinitum conventum fuerit. III. §. Cæterum quicquid circa Res Imperij controuersiæ intercesserit iuxta Imperij & Pacis Germaniæ Leges absque strepitu armorum componetur aut decidetur & stabitur abvtraque Parte per omnia dispositioni Pactorum Osnabrugensium & Constitutionibus Imperij. XXIII. Similiter tam à Parte Serenmi Imperatoris quam Serenmi Regis Sueciæ Captiui huius belli, cuiuscunq; sint conditionis ac status, liberi & sine soluto vllo pretio seu Lytro, nisi aliter ante subsecutum Pactatum, ab ipsis conuentum fuerit, intra spatium trium hebdomadarum à die Ratificationis, dimittentur & liberati pristinæ, solutis ab officiarys impensis in victum eorum factis & debitis in captiuitate ab eis contractis restituentur. Et captiuis quoq; annumerandi

Et ab

& ab vtraquè Parte restituendi sunt, qui inuiti ad danda alterius Partis Militiæ nominà sua adacti fuerunt. Quod autem de lytri conuenti solutione hìc supradictum est, tantum locum habebit in maioribus Officiarys, ut potè Generalibus, Tribunis, Tribunorum Locumtenen & Capitaneis. XXIV. Sit itidem Pax perpetua vera que ac sincera amicitia, inter Sermum ac Potentmum Principem ac Dnum Dnum Carolum Sueciæ Gothorum, Vandalorumq; Regem & Principem hæreditarium, Magnum Principem Finlandiæ, Ducem Scaniæ, Esthoniæ, Liuoniæ, Careliæ, Bremæ, Vedæ, Stetini, Pomeraniæ Cassubiæ & Vandaliæ, Principem Rugiæ, Dnum Ingriæ & Wismariæ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Bauariæ Ducem, eius hæredes, Successores ac Posteros Reges, Regnumque Sueciæ, eiusdem tam in Imperio, quam extra illud sitas Prouincias, Status ac ditiones; & Serenmum Principem ac Dnum Dnum Fridericum Wilhelmum Marchionem Brandeburgicum Sacri Romani Imperij Archi Camerarium & Principem Electorem, Magdeburgi, Prussiæ, Juliæ, Cliuiæ & Montium, Stetini, Pomeraniæ Cassubiorum Vandalorumq; nec non in Silesia Crosnæ & Camouiæ Ducem, Burggrauium Norimbergensem, Principem Halberstadiensem & Mindensem, Comitem Marcæ & Rauensbergi, Dominum in Rauenstein Poloniæ Foederatum, bellique Socium, eiusdemq; hæredes ac Successores, Prouinciasque Status ac Ditiones, in & extra Imperium Romanum sitas, ita ut alter alterius honorem, commodum, & vtilitatem sincerè seriòq; in perpetuum promoueat. II. §. Pacta verò & Fœdera omnia, quæ Partes paciscentes inter sé vel cum alijs Principibus ac Statibus vtrinque sancita habent, quoad omnia sua Puncta, clausulas & articulos integrè & in pleno robore suo permaneant; ita tamen ut per ea præsens Transactio Pacis nullum præiudicium patiatur. III. §. Sit etiam vtrinque Amnestia & præteritorum omnium oblivio, ita ut quicquid hactenus quocunque loco & quauis de Causa, siue in Imperio Romano siue extra illud, ab alterutra Partium, vel sub earum Imperio potestateque existentibus, absque vllo personarum, rerumq; respectu, gestum, vel admissum fuerit, nullo prætextu, via, Juris, vel facti directè vel per indirectum à neutra Parte vnquam vindicari possit. Et nec horum nec vllius alterius rei causa vel prætextu alter alteri, posthac quicquam, hostilitatis, aut inimicitiæ, vel etiam quoad Ministros, Officiarios aliosque Incolas

ac

ac Subditos, Bona statum, vel securitatem per se, vel per alios clam aut palam inferat vel infert faciat. IV. §. Nemini quoque exulumque Partis Subditis aut vasallis cuiuscunque conditionis & dignitatis fuerit, noxa sit aut praeiudicio, quod alterius Partes hoc bello Sago vel Toga fuerit sectatus, sed quicunque ex ista huius belli, de suis possessionibus decidisset, is in pristinum statum, in quo ante hoc bellum immediate fuit, quoad honores & bona immobilia, nec non etiam quoad mobilia Bona, si haec Bona mobilia Fisco nondum adiudicata & extradita, aut alias dicta sint, indilate & sine ulla contradictione restituatur, ipsique plenarie gaudeat ac fruatur. Atque proinde & Campi Marschalco Comiti a Konigsmark ut & Campi Marschalci Comitis Wittembergy haeredibus, bona immobilia, quae in Ditionibus Suae Serenitatis Electoralis, ubicunque locorum ante hoc bellum possederunt, in eo statu, quo nunc sunt, restituantur vigore huius Pacificationis atque eo iure teneri da, quo ante bellum hoc exortum, ea tenuerunt ac possederunt. XXV. Et ne occasione antiactorum lis & dissidium aliquod orri possit Sacra Regia Maiestas Sueciae, pro se & haeredibus ac successoribus suis Regibus Regnoque Sueciae, Virtute huius Instrumenti Pacis, quam fieri potest, validissime in perpetuum ac irrevocabiliter, renunciat Pactis, quae die Septima. Mr Januarij Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Sexto Regiomonti, item 15. 25. Iuny praedicti Anni Marienburgi, tum quoq; 10. 20. Nouembris eodem Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Sexto, Libauiae inter Serenum Sueciae Regem gloriosae memoriae nuper defunctum: & Suam Serenitatem Electoralem confecta sunt, ut & alys omnibus Conuentionibus quae illis adiecta aut seperatim quocunq; modo durante hoc vltimo bello Polonico cuiusque respectu inita sunt. Atque ea omnia & singula, in omnibus & singulis clausulis, conditionibus & articulis suis irrita & nulla pronunciat, omnemq; ipsis Vim, Vigorem & effectum hoc ipso & Virtute huius Pacis penitus & in aeternum detrahit. Ita ut contra Suam Serenitatem Electoralem Brandeburgicam, eiusque haeredes Agnatos, Successores Prouincias ubicunq; locorum sitas & in specie, in Ducatum Prussiae, atq; eiusdem Ordines & Incolas, aut contra Sacram Regiam Maiestatem eius Successores Reges Regnumque Poloniae, exnominatis & indigitatis, supra Pactis & Conuentionibus abolitis, nunc & in posterum sine successionis in Prussiam

ani sive unionis aut quocunque alio pratextu, vel causa, nomine Regis Regum, hæredum ac successorum & Regni Sueciæ, nihil unquam, allegari pratendi aut postulari possit aut debeat. Quare præmemoratorum Pactorum & Conventionum, originalia cum vetradi non potuerint, hoc ipso pro vetraditis, scissis, & in cineres redactis, habebuntur & habentur. Quemadmodum & Serenus Elector Brandeburgicus, in Prussia DUX, quam fieri potest, validissimè in perpetuum & irrevocabiliter, vigore huius Instrumenti Pacis, pro se hæredibusq; ac Successoribus suis profitetur, nihil vel se vel hæredes & posteros suos ex prædictis Pactis & Conventionibus contra Sacram Regiam Majestatem Regnumque Sueciæ prætensuros, sed suam Serenitas Electoralis pro se hæredibusque ac Successoribus suis, hoc ipso & Virtute huius Pacti, supramemoratis Pactis omnibus, iam abolitis renunciat, & eadem omnia pro vetraditis scissis & in cineres redactis, nunc & in æternum declarat, & irrita ac nulla pronunciat, omnemque ipsis Vim, vigorem & effectum penitus & in æternum detrahit. XXVI. Serenus Elector Brandeburgicus loca omnia quæ in Pomerania hoc bello occupata præsidys suis insideritur; Sacræ Regiæ Majestati & Regno Sueciæ, ea vero quæ in Olsatia & Ducatu Schlesuicensi, Celsissimo Principi & Duci Olsatiæ, Gottorpiensi, (qui præmissa tamen Cautione de non vindicando iuxta formulam de qua hic convenit hac Pace, consensu Partium inclusus censebitur) restituet plenariè cum Tormentis bellicis ipsorum propriis, re armamentaria cæterog; apparatu bellico nec non mobilibus cuiuscunq; generis, item Actis Cancellaria Archivis & literarijs documentis, prout ea omnia tempore occupationis vel deditionis, ibi reperta & adhuc non distracta extant. Quæ evacuatio fiet locorum scilicet Pomeraniæ exceptis Vollino, Damm & Greyffenhagen, intra duas septimanas, à die permutationis Ratihabitionum computandas, quo tempore quoque Elbinga restituetur. Vollinum, vero Damm & Greiffenhagen nec non loca Holsatiæ & Ducatus Slesuicensis, inter alia demum duas sequentes hebdomadas, à die supramemoratæ restitutionis evacuabuntur, deductis eodem tempore è dictis locis Præsidiarijs Militibus & e Provincijs ad Serenum Regem Sueciæ & Ducem Holsatiæ & Schlesuici Regentem spectantibus copijs omnibus, ea ratione & modo, de quo inter

Partis

Partis Vtriusque Generales vel eorum Locumtenentes intra tempus Ratihabitionibus commutandis præfinitum conuentum fuerit; ita tamen ne præmemoratis restituendis & euacuandis locis vel Communitatibus, qui præsidia Electoralia habuerunt, aut quouismodo hoc bello, in Suæ Serenitatis Electoralis &c. & potestate fuerunt, vel cuiquam priuato, quod Partes Suæ Serenitatis seruitus fuerint, vlla ratione noxa fraudique sit, vel alia in re quoad pristina Iura Priuilegia, Bona, Feuda & libertates illi competentes, absque exceptione vel reseruatione præiudicet. XXVII. Captiui huiusce belli cuiuscunq; conditionis ac status liberi & sine soluto vllo pretio seu Lytro, nisi alitervante subscriptum Tractatum, abvpsq; conuentum fuerit, intra spatium Triumvhebdomadarum à die Ratificationis dimittentur, pristinæque libertati restituentur; solutis tamen ab Officiarys impensis in victum eorum factis & debitis in Captiuitate ab eis contractis. Cæterum Captiuis quoq; annumerandi & ab vtraque Parte restituendi sunt, qui inuiti, Militiæ alterius Partis nomina dederunt. XXVIII. Debita inter vtriusq; Partis subditos & Incolas, tum etiam à Ducibus & Officiarys belli vbicunque contracta vtrinque, bona fide exoluentur. Si qua vero hoc bello vltimo Obligationes & Recognitiones, extortæ abvtrinque sint, in totum cassantur, nullumq; pondus habere declarantur. XXIX. Inter Sacra Regia Maiestatis Sueciæ & Suæ Serenitatis Electoralis Brandeburgicæ, Regni, Prouinciarum, Statuum, Ditionum, tam in Imperio Romano quam extra illud sitarum, Subditos & Incolas pristina restituantur Comercia atq; in posterum vt in pleno vigore consentientur. XXX. Si quæ Bona à Suæ Serenitatis Electoralis Subditis vel eiusdem Ditionum Incolis, in Regiæ Suæ Maiestatis Sueciæ, Regno Prouinciis, Ditionibus aut locis occupatis & hactenus possessis, ante vel sub tempus huiusce belli deposita vel alio quocunq; modo eo delata sunt, ea sine vlla mora, vel effugys, Dominis suis restituantur nisi iam Fisco adiudicata atque extradita fuerint. XXXI. Cum vero ad stabilitatem huius Pacis, plurimum intersit, vt vniuersaliter comparatur, & inter omnes belli huius Socios, securitati Commercionum plenè prospiciatur, ideo licet controuersiæ quæ Serenissimo Regi Regno Sueciæ cum

cum Serenmo Rege Daniæ intercedunt, hic commodè decidi non potuerint
& in ipsa Dania cum ipse Successus tractentur. Nihilominus conuentum est
Vt Sermus Daniæ & Norvegiæ Rex eiusque Regna ac Ditiones in hoc Tra
ctatu, conclusa in Dania Pace, comprehendantur, ita vt ea omnia, quæcunq; inter
alte-memoratos Suecie & Daniæ Reges, conclusa & constituta fuerint, ad
hanc pacem pariter, acsi in hoc instrumento specificè inserta forent pertinere cen
seantur. Saluo per omnia ipso Tractatu in Dania inter vtrosque Reges &
Regna concluso vel concludendo. XXXII. Cessent omnes hostilita
tis actus inter Partes paciscentes omnes, tum Principales tum Foederatas eanumq;
Exercitus à die conclusæ & subsignatæ huius Pacis computando, in Prussia tam Re
gali quam Ducali exactis quatuor, in Pomerania & Megapoli duodecim, in
Curlandia & Liuonia Quatuordecem in Holsatia & Slesuicensi Ducatu, exactis
Viginti diebus: eodem quoque die in singulis præmemoratis locis, negotiatio
nes quauis pristino vsui restituantur & literarum Commercia libera sint. IIs.
Generales Præsidy Elbingensis in Prussia, ac tam Cæsarei quam Electorales
in Pomerania, post acceptam huius armorum cessationis intimationem, exactâ
curam adhibebunt, vt vsque ad finalem pacis executionem, militis sustentatio
non amplius exigatur more hostili, nec vltra iustum & necessariam alimenta
tionem, Prouinciæ ipsorum armis inseps aggrauentur; in quem finem Commissa
ry a Partibus deputabuntur, qui curam sedulam habeant, ne exorbitanti &
contra hanc Conuentionem fiant. XXXIII. Denique omnium belligeran
tium in Imperio Partium copiæ & exercitus post restitutionem locorum ab
omnibus Pactibus paciscentibus dimittantur & exauctorentur, eo tantum
numero in suos cuiusque proprios Status reducto, quem quæq; Pars pro suæ se
curitate iudicauerit necessarium. XXXIV. Pacta hæc ratih habentur
à Sermo Rege Poloniæ, necnon Republica Polona eiusque Foederatis ab vna
Et Sermo Rege Suecie ab altera Pacte, qua de re admodum sequentem conuenit. 1. In
strumentum huius Pacis manibus ac sigillis Dominorum Commissariorum v.
triusq; Partis, tum Excellentm Dni Legati Mediatoris subscribatur & inuicem
tradatur & commutetur. II. Sermus Rex Poloniæ eadem Pacta, illico a
subscriptione & signatione DD Commissariorum Polonicorum Diplomatè Ratifi
cationis in forma conuenta confirmet, atque exnunc assecuratonem suam

interpo

interponiat subscripturam, inter spatium ad summum Trium Mensium com
putandorum a subscriptione huius Instrumenti pacis plenariam eiusdem Regiæ Ma
iestatis Ratificationem cum integra insertione Instrumenti Pacis conclusæ ad
formulam inter Vtrusque Pactis Commissarios conuentam. III. Sermus Rex
Suecia Solenni Instrumento hac Pacta nomine suo & Regni Sueciæ per sub
scriptionem Sermæ Reginæ Matris suæ & Dominorum Regni Sueciæ Admini
stratorum in forma conuenta rata habeat. IV. Domini Delegati a Republi
ca Polona lege Comitiali Anno 1659. deputati, nomine Reipublicæ hac Pacta
subscriptione & sigillatione sua approbent in futura conuocatione intra hos Men
ses celebranda. V. Diplomata Ratificationis tam Sacræ Regiæ Maiestatis Polo
næ quam Deputatorum Comitiali Lege Delegatorum, in proximis Comitys, Consti
tutionibus & Voluminis Legum Polonicarum inserantur. VI. Instrumenta
hæc solennia ratificationis, tum vtriusque Serenissimi Regis, tum dictorum Rei
publicæ Delegatorum, ab vtrorumque Partium Commissaeys, intra spatium ad sum
mum trium Mensium, a subscriptione huius Instrumenti Pacis computandorum
ad Limites Territoriales inter Elbingam & Mariæburgum, vtrinque per Excellen
tissimum Dnum Mediatorem, a Partibus paciscentibus recipiantur & ab eodem
eo ipso tempore inter Pactes commutentur. VII. Vt Sacra Cæsarea Maiestas
& Serenissimus Elector Brandeburgicus Ratihabitiones suas itidem tempore &
loco eodem tradi faciant. VIII. Denique vt dicta Sermorum Regum & Rei
publicæ Polonæ ac eius Fœderatorum Instrumenta Ratificationum, ad conuen
tam & præscriptam formulam, quoad Titulaturam & Sigillationem aliaq; requi
sita nulla voce aut syllaba immutata conficiantur & reciproce commuten
tur. XXXV. I.S. Quo firmior stabilior & securior Pax hæc coalescat,
& ab omni Parte inteperata duret, promittunt supramemoratæ Partes Paci
scentes omnes, tam Principales quam Fœderatæ, se hanc Transactionem & Pa
cem, omnesque eius articulos, capita & clausulas Sancte & inuiolabiliter
seruare velle & debere: Et ne in posterum violari queat se mutuam ad genera
lem Guarantiam & Euictionem mutuam ac defensionem reciprocam, omni
ex parte obstringunt: Hisce quam fieri potest firmissime spondentes, vt si contin
gat vnam Partem ab altera vel plures à plumbus, terra vel mari bello contra hanc
Pacificationem impeti. Aggressor ipso facto pro infractore huius Pacis ab omni
bus habeatur, eiusdemque beneficio excidat, & tum altera, reliquæq; Paciscen
tium

rium Partes Partí læsæ ad summum intra duos menses, a requisitione Partis læsæ eidem Communibus armis assistere & bellum tam diu contra Aggressorem prosequi donec Pax communi omnium Partium consensu restituta fuerit, inuicem teneantur. II. Si vero contingat vnam Partem ab altera, vel plures à pluribus, graui aliquâ iniuriâ, citra tamen vim armorum vexari, non licebit ideo læso ad arma subito recurrere, sed ante amicabilis componendarum huiusmodi controuersiarum, ratio ineunda erit, videlicet vt læsus acceptâ iniuriâ si immediatè, cum lædente conue nire nequeat, alios Pacis centes moneat, & Commissio Generalis omnium Pacisen tium nomine instituatur ad Læsi confinia, intra Spatium Quatuor Mensium in quo inter Deputatos vtrinque Commissarios negotium discutiatur, & si possibile erit, intra quatuor ad Summum alios menses terminetur. III. Si verò læsen tem refractarium, ad aqua qua proponentur media deprehenderint, tunc læsis licebit, facta tamen prius legitima belli denunciatione, Ius suum armis prosequi & bellum, vt supra statutum est, lædenti inferre. IV. Quod si verò turbationes vi contra ius que actibus retundantur, solum modo tuendorum limitum causâ actus eiusmodi pro Violatione Pacis non reputabuntur, ipsa autem super limitibus controuersia citra Vim armorum terminetur. XXXVI. Cum autem pro Maiori securitate huius Pacificationis, tam Serenissus ac Potentissus Rex & Respublica Poloniæ, quam Serenissus & Potentissus Rex Sueciæ, vt & Serenissus Elector Brandeburgicus postularint, vt Serenissus ac Potentissimus Princeps ac Dnus Dnus Ludouicus XIV Gallarum & Nauarræ Rex Christianissimus, cuius ope ac studio inter præmemoratos Serenissos Reges & Serenissum Electorem Brandeburgicum, Pax promota & mediatione ad optatum finem perducta est, executionis & obseruationis illius inter eosdem Fidem spectaret, Sacra Maiestas Christianissima, postulationibus ac votis illorum annuens eodemque animo Pacis huius Perpetuitatem exoptans, quo eam procurarit pro se ac Successoribus suis Regibus Galliæ spondet ac promittit, idque per Illustrissimum & Excellentissimum Dnum Antonium de Lumbres Legatum suum, plenarys Mandatis ad hanc Guarantiam cauendam instructum, se executionem bonum Pactorum, eorumque obseruationem ac perpetuitatem, inter eos dem supranominatos Principes, omni meliori quo fieri potest modo, etiam armis vbi amicabilia media non processerint, asseruram; Et si quos eorum sub hac

fidei

fidei iussione comprehensorum illa violant, armaq; viresq; suas Partes læsæ ad eius requisitionem iuncturam. Quod vt finnius omnibus constet, promittit dictus Dnus Legatus Gallicus, se Ratificationem Regis sui, super hanc Guarantiam eodem tempore, quo ratihabitiones "Pouis commutabuntur extraditurum. Integrum quoque erit Pacis centibus omnibus eandem Christianissimi Regis Guarantiam & Fidei iussionem suscipere & alios quoque in tempore ratihabitionis ad idem Offici genius inuitare & denominare Principes ac Potestates. XXXVII. Si qui Regum, Principum, necnon rerum publicarum ac Statuum Amicorum hisce Pactis à quacunque Parte Pacis centium includi voluerint, sit ipsis eius facultas, modo se ad ista, intra sex abhinc Menses, declarauerint & id consensu omnium Pactium fiat. In quorum omnium & singulorum fidem, manusque robur, omnium Partium Legati & Commissary, cum Illmo & Excellentmo Dno Dno Mediatore, præsens Pacis Instrumentum & hoc quidem Exemplar Serenmi Regis Regnique Poloniæ Legati ac Commissary, manibus sigillisque propriis muniuerunt ac firmarunt. Datum Olivæ Die 23 Tertia Mensis Maij Anno Domini Millesimo Sexcentmo Sexagmo Antonius de Lumbres. Locus sigilli. Joannes Comes de Leszno Palatinus Posnanien' Maioris Poloniæ Generalis, Serenmi Regis Regnique Poloniæ Legatus Plenipotentianius. Locus. Sigilli. Nicolaus Prazmowski Nominatus Epus Luceorien' & Brzesten', Supremus Regni Poloniæ Cancellarius Legatus Plenipotentianus. Locus sigilli. Christophorus Pac Supremus Cancellarius & Legatus Plenipotentianus Magni Ducatus Lithuaniæ. Locus sigilli. Joannes Andreas Morsztyn Referendarius Regni Legatus Plenipotentianus. Vladislaus Rey Thesaurarius Cumæ Regni Legatus Plenipotentianus. Joannes Gninski Succameranius Pomeraniæ Serenissimis Regis Regnique Poloniæ Legatus Plenipotentianus. Nos itaque Joannes Casimirus eadem Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &c. &c. Promittimus & recipimus Nomine Nostro Successorum ac Posterorum Nostrorum & Reipublicæ Poloniæ, Nos singula & vniuersa Capita Pactis suprascris inserta & comprehensa, bona & Regia fide approbare & ratihabere, sicuti hisce approbamus & ratihabemus (vti tamen Vt articulus secundus inserti Instrumenti Pacis secundum Articulu' separatu' declaratorium' accipiatur) nec passuros à Nris ac Regni Poloniæ Magnique Ducatus

tuis

tus Lithuaniæ Vasallis, Officialibus ac Subditis Nlomodo violari. Et quia circa Guarantiam Extenorum Principum & Statuum, Partes Paciscentes facultatem sibi reservarunt, alios Principes & Potestates ad hanc Guarantiam in ipsa ratihabitione inuitandi & nominandi. Ideo certos Principes & Status ad Guarantiam hanc præstandam, Nro & Reipublicæ nomine per Ministros Nros inuitauimus, atque eosdem circa Commutationem Ratificationum coram Partibus Paciscentibus nominandi facultatem Legato Plenipotentiario Nostro dedimus. In quorum Maiorem fidem ac certitudinem, has manu Nra subscripsimus & Sigillo Regni Nri muniri iussimus. Dabantur Varsauiæ in Conuocatione solenni Die Vigma Sexta Iuny Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo. Joannes Casimirus Rex. Samuel Luszowic Secrius Regius. Paridem is idem Gnosus offerens produxit duas Plenitias Nostras, Commissarys Nros ad Tractatus cum Regno Sueciæ ineundos, datas. Et prioris quidem Plenitiæ tenor est talis. Nos Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ &c. &c. &c. Notum testatumq; facimus vniuersis & singulis quorum interest. Quod cum ad Tractatum instituendum, de præsenti hoc bello, eoque diuturno & funesto conuenienter sopiendo, deque faciendâ perpetuâ Pace, inter Nos Regnumque Poloniæ & Magnum Ducatum Lithuaniæ Nostros que Confœderatos ab vna, & Sermum Principem Fratrem Consanguineum & Vicinum Nrum, Dnum Carolum Gustauum Sueconum Gothorum Vandalorumque Regem Magnum Principem Finlandiæ &c &c &c. & Regnum Sueciæ eiusque Confœderatos ab altera Parte modus & via inita cœperit, atque Serenitatis Suæ nomine declaratum & contestatum sit, nihil quod ad eiusmodi tractatum, inchoandum, instituendum & plenè perficiendum merito requiri potest, à parte eiusdem Suæ Serenitatis desideratum sit. Ideo testatum constans Nrum propositum & animi propensionem, ad promouendum dictæ Pacis negotium, non modo in præfatum Tractatum consensimus; sed hîc etiam depitauimus & constituimus, sicuti etiam, vigore præsentium deputamus & constituimus veros & legitimos Nros ad supradictum Tractatum Commissarios, Illmos, Mcos, Magnificos & Gnosos Nobis sincere fideles & dilectos. Dnum Dnum Joannem Comitem à Leszno Palatinum Pom

Sacræ

Sacræ Reginalis Maiestatis, Marschalcum Generalem Maioris Poloniæ, Ma
rienburgensem Korsuniensem, Georgium Comitem in Wisnicz Supremú Regni Cam
pi Marschalcum, Generalem Minoris Poloniæ Cracovien' Sepusien' Chmielnicen'
Nizinen' Peveastavien' Olstinen' Casiminen', Nicolaum in Praznow Supremum
Regni Cancellarium, Nominatum Episcopum Lucovien', Abbatiæ Sieciechovien'
perpetuum Administratorem, Præpstum Cracov', Christophorum Pac Supremum
Magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarium Wilkovisten', Kozienicen', Kle
sceler' Osthynen', Joannem Andream Morzhyn de Racibovsko Referendarium
Regni Koualien' Zavichosten', Vladislaum de Nagtowice Rey Thesaurarium
Curiæ Regiæ Sacræ Reginalis Maiestatis Cancellarium Neskorimen' Libusien'
Joannem in Gnin Gninski Succameranú Palatinatus Pomeraniæ Gnesnen' Cu
beniatores. Dictique Nostris Commissarys Plenam pstestatem damus vt congres
si cum alter memoratæ Serenitatis Suæ ad talem actum cum plena potestate
Deputatis & constitutis DD. Commissarys, nomine & authe' Nr' Regia, nsi mo
do de præliminaribus & ys quæ ad viam Tractatui Principali sternendo com
planandam facere deprehendentur, statuant & concludant, sed etiam Princi pá
le pacis stabiliendæ negotium, omniaq; & singula quæ cujuscunq; modo ad subor
tas hinc inde controversias, componendas & finaliter terminandas, vt & ad mu
nia vtriusque Partis commoda promovenda, pertinere videbuntur, omni meliori
modo, via & ratione agant, tractent, statuant & concludant, conclusa Instru
mento inserant, inserta vero & transacta firment & perficiant, atque ades Pa
ctorum conventorum Instrumenta vicissim commutent. Promittimus itaq; verbo
Nro Regio ac vigore hujus Procuratory, Nos ea quæ supranominati Nostri Ple
nipotentiary Commissary, sive omnes simul, sive vi vnius vel altenius absentia
reliqui eorum in sæpedicto Pacis negotio, tam Præliminari quam Principali No
stro nomine egerint, tractaverint sanciverint & concluserint, omni meliori modo
firma, rata, grataque habituros. In quorum fidem maiorem presentes manu
Nra subscripsimus, sigillo quoque Nro maiori communiri jussimus. Datum Varsa
viæ Die XXIV. Mensis Maj Anno Dñi MDCLIX. Joannes Casimirus
REX. Locus sigilli appensi. Joannes Ignatius Bąkowski Succamerarius
Culmen'. Postremis Plenipotentiæ verbis exceptus est emus modi. Nos Joannes
Casimirus Dei gratia REX Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &c. &c. &c.

Nostú

Notum testatumque facimus vniuersis & singulis quorum interest. Quod cũ ad Tractatum de presenti hoc bello &c. inseratur eadem superior Plenipotentia, omisso nomine Gustauus, vsque ad datam quæ scribatur posterior eius modi. Datum Gedani Die quarta Mensis Aprilis Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagmo. Ioannes Casiminus REX Locus sigilli. Stephanus Stankewitz Secretarius Regius. Quæ quidem præinserta Pacta Ratificationem & Plenipotentias Nrãm continentia ad prædictum petitionem ad Acta presentia suscipi iussimus & exijs informa authentica extradi permisimus. In quorum &c. Actum & Datum vt supra.

Ratificantur eadem Pacta per Sermum Electorem Brandeburgicum.

Nos Fridericus Vilhelmus Dei gratia Marchio Brandeburgen Sacri Rmi Imperij Archicamerarius & Princeps Elector Magdeburgi, Prussiæ Iuliæ Cliuiæ Montium stetini Pomeraniæ Cassubiorum Vandalorumq; necn in Silesia Cornæ & Camaniæ Dux Burgravius Norñbergen, Princeps halberstady & Mindæ Comes Maniæ & Rauensbergi Dnus in Rauenstein. Notum testatumque facimus vniuersis & singulis quorum interest. Quod cum Legatos & Commissarios Nros plena potestate & mandatis instructos deputauerimus, vt in Tractatibus Pacis perpetuæ intervenissimos ac Potentmos Principes ac Dominos Dnum Ioannem Casimirum Regem Poloniæ Magnum Ducem Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Liuoniæ Smolen Czerniechouiæq; necn Sueciorum Gothorum Vandalorumq; hereditarium Regem Dnum Cognatum Affinem & Fautorem Nrum Charissimum Regnaq; Poloniæ & Magnum Ducatus Lithuaniæ, eorumque Foederatos & belli socios ab vna & D. Carolum Sueciorum Gothorum Vandalorumque Regem & Principem hereditarium, Magnum Principem Finlandiæ &c. &c. &c. Regnumq; Sueciæ parte ab altera, intercedente mediatione Christianissimi Regis. in Prussia instituis tractarent, simul itidem nomine Nostro de pace Perpetua, cum Sermo & Potentissimo Rege Regnoque Sueciæ ineunda. Qui congressi cum eiusdem Ma-

testatis

Majestatis Legatis & Commissarijs, sequentia Pacta vti verbotenus inpasum inserta & expressa inierunt statuerunt ac concluserunt. In Nomine Sacrosanctæ & Individuæ Trinitatis &c. &c. Scribantur supra inserta Pacta Clausulæ quæ incipiunt versis hinc retro Tredecem folys, ad verba ultimi articuli hæc: Et ideo consensu omnium Partium fiat, deinde sic scribatur. In quorum omnium & singulorum fidem manusque robur, omnium Partium Legati & Commissarij cum Illmis & Excellentmis Dnis Mediatori, presens Pacis instrumentum & hoc quidem exemplar Sermi Electoris Brandeburgici legati & Commissarij manibus sigillisque propriis muniverunt, ac firmarunt. Datum Clausæ Die 3tia Mensis Maj Anno Millmo Sexcentmo Sexagmo. A de Lumbres. Locus sigilli. Joannes ab Hoverbecke Sermi Electoris Brandeburgici Legatus & Commissarius Plenipotentiarius Locus sigilli. Lauentius Christophorus à Sommitz. Sermi Electoris Brandeburgici Legatus Plenipotentiarius. Locus sigilli. Albertus ab Ostaw Sermi Electoris Brandeburgici Legatus Plenipotentiarius. Nostitaque Fridericus Wilhelmus eadem gratiâ Marchio Brandeburgensis Sacri Romani Imperij Archicamerarius & Princeps Elector Magdeburgi, Prussiæ Juliæ Clivis Montium Stetini, Pomeraniæ Cassubiorum Vandalorumq; necnon in Silesia Crosnæ & Camouiæ Dux. Burggravius Norimbergensis Princeps Halberstadij & Mindæ, Comes Marcæ & Ravensbergi, Dnus in Ravenstein, Promittimus & recipimus nomine Nro, hæredum Successorumq; ac posterorum Nostrorum, Nos singula & universa Capita, Pactis suprà scriptis comprehensa, bona & Electorali fide approbare, laudare & ratihabere, prout hisce quoque approbamus, laudamus & ratihabemus (ita tamen vt articulus secundus, inserti Instrumenti Pacis, secundum declarationem ei separato editam accipiatur) nec passuri à Nris Vasallis, Officiarijs & Subditis vllo modo violari. Et quia circa Guarantiam Externorum Principum & Statuum Partes paciscentes, facultatem sibi reseruarunt, alios Principes & Potestates ad hanc Guarantiam in ipsa ratihabitione inuitandi & admittendi. Ideo Nos Sermus & Potens Regem Catholicum & Celsos Præpotentes Belgij Fœderati Ordines inuitamus & nominamus. In quorum fidem ac certitudinem maiorem hæc manu Nra subscripsimus & sigillis Nris Electoralibus communiri iussimus. Dabantur in Arce Nra Electorali Colonia ad Spream die $\frac{16}{26}$ Mensis Junij Anno Millesimo Sexcentmo Sexagmo. Fridericus Wilhelmus Elector. Locus sigilli appensi

appensi. Fridericus Wilhelmus Dei gratia Marchio Brandeburgen Sacri Romani Impery Archi Camerarius & Princeps Elector Magdeburgi, Prussiæ, Juliæ Cliuiæ, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorumq3, necn in Silesia Crosnæ & Carnouiæ Dux, Burgrauius Norimbergen Princeps Halberstadij & Minda Comes Marcæ & Ravensbergi Dnus in Ravenstein. Notum testatumq facimus universis & singulis quorum interest, & qui Nostras has ce literas visuri & audituri sunt. Quod cum ad Tractatus instituendos, de presenti hoc bello conueniendo, deq3 Pace perpetua facienda inter Serenissimum & Potentissimum Principem D. Joannem Casimirum Regem Poloniæ Magnum Ducem Lithuaniæ &c. &c. &c. D. Affinem & Fratrem Nrum Colendum, Regnumq3 Poloniæ & Magnum Lithuaniæ Ducatum, necnon Nos alios q3 eiusdem Confœderatos ab una: & Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dnum Carolum Gustauum Suecorum, Gothorum Vandalorumq3 Regem, Magnum Principem Finlandiæ &c. &c. &c. Dnum Cognatum & Fratrem Nrum Colendissimum & eius Confœderatos ab altera parte, modus atq3 via inita sit cœperit & in eum finem utrinq3 conuenerit, ut dicti Tractatus Pacis primo quoq3 tempore in Prussia, per utrumque Partis & earum Confœderatorum Plenipotentiarios inchoarentur. Nos ne promouendo tam salutari operi deesse videremur, Nostros quoque Commissarios ad hos Tractatus deputauerimus & constituerimus, prout hisce veros & legitimos deputamus, & constituimus Magnos & Gnos respectiue Consiliarios Nros Status Interiores, Cancellarium in Ducatu Pomeraniæ, Judicij Appellationum in Prussia Supremi Consiliarium & Præfectos Hohensteinen Lesburgen Bytouien q3 sincere nobis dilectos & fideles. Joannem ab Hoverbeckie in Cychmedien. Baronem Donskau & Gerhardum D. & hæredem Electoratus Nri Brandeburgensis Capitaneum hereditarium. Laurentium Chrium à Sommitz hæreditarium in Grunsdorff & Drenaw, necnon hæreditarium Camerarium in Pomer. Bucali & Alb. ab Ostau. Plenariis his datis potestatem ut congressi cum alterius Regum & eor Confœderatorum, ad tractandum actum cum plena pte deputatis & constitutis DD. Plenipotentiarijs, nec & authoritatem Nram Electorali, in modo de Preliminaribus & ijs que ad reliam Tractatus Pacis inchoandam complanandam facere deprehenderint, statuant & concludant, sed etiam Principale Pacis stabiliendo negotium omnia que ac singula quodcunq3 modo ad subortas hinc inde controversias componendas & finaliter terminandas vt & ad

mutuæ

nia Vniusque Partis & eorum Confœderatorum commoda procurenda, pertinere videbuntur, omni meliori modo, via ac ratione agant, tractent statuant & concludant, concluſa, instrumento inserant, inserta vero & transacta firment & perficiant, atq; adeo Pactorum Conuentorum Instrumenta commutent. Promittimus itaque verbo Nostro Electorali, ac vigore huius Procuratory, Nos ea quæ supranominati Nri Legati Plenipotentiary siue omnes simul siue in vnius vel altenius absentia, bini eorum, in supradicto Pacis negotio, tam præliminari quam Principali nostro nomine egerint, tractauerint, sanciuerint & concluserint, omni meliori modo, firma, rata, grataq; habituros. In quorum fidem Maiorem, præsentes manu Nra subscripsimus, Sigillogue Nro Electorali communiri iussimus. Dabantur Koppis Cimborum, 13 January Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagmo Nono. Fridericus Vilhelmus Elector. Locus Sigilli Electoralis appensi. Fridericus Vilhelmus Dei gratiâ Marchio Brandeburgensis, Sacri Romani Imperij Archi Camerarius & Princeps Elector Magdeburgi, Prussiæ Juliæ, Cliuiæ, Montium, stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorumq; necnon in Silesia Crosnæ & Carnouiæ Dux, Burggrauius Norimbergensis, Princeps Halberstady & Minda, Comes Marcæ & Ravensbergi, Dnus in Ravenstein &c. Notum testatumque facimus Vniuersis & singulis quorum interest. & qui Nras hasce Literas visuri & auditum sunt. Quod cum ad Tractatus instituendos, de præsenti hoc bello conuenienter sopiendo, deque Pace perpetua faciendâ inter Serenissimum & Potentissimum Principem Dnum Joannem Casimirum Regem Poloniæ Magnum Ducem Lithuaniæ &c &c. &c. Cognatum Affinem & Fratrem Nostrum Charissimum Regnumque Poloniæ & Magnum Lithuaniæ Ducatum, nec non Nos alios que eiusdem Confœderatos ab una & Serenissimum ac Potentissimum Principem Dnum Carolum Sueciorum, Gothorum, Vandalorumq; Regem & Principem hæreditarium Magnum Principem Finlandiæ &c. &c. &c. Cognatum Nrum Charissimum Regnumque Sueciæ & eius Confœderatos ab altera Parte, modus atque via inire cepit, & in eum finem vtrinque conuenerit, vt dicti Tractatus Pacis, primo quoque tempore per vtriusque Partis & earum Confœderatorum Plenipotentiarios inchoarentur. Nos ne promouendo tam salutari operi deesse videremur; Nostros quoque Commissarios ad hos Tractatus deputauerimus & constituerimus, prout hisce veros & legitimos deputamus & constituimus, Magnificos & Generosos respective Consilianos Nostros Status Intimos, Cancellarium in Ducatu Pomeraniæ, Judicy appellationum in Russia Supremi Consilianum & Præfectos, Hohensteinen, Leoburgen Bytovien

Semq;

sem'q Sincerè Nobis dilectos & fideles, Ioannem ab Houerbecke Hæreditarium in Eychmedien, Baranouen', Domkau & Geyerswalde Electoratus Nri Brandeburgen' Dapiferum hæreditarium, Laurentium Christophorum à Somnitz Hæreditarium in Gnumsdorff Dreno & Gerbero, necnon hæreditarium Camerarium in Pomerania Ducali & Albertum ab Ostaw Hæreditarium in Henricken & Regels. Plenam his dantes potestatem &c &c. Scribantur reliqua ex immediate præcedenti Plenitia, Data vero scribatur eiusmodi. Dabantur in Arce Nra Coloniæ ad Spream, 10. 20. Mensis Martij Anno Millesimo Sexcentmo Sexagmo. Fridericus Wilhelmus Electoris Locus sigilli Electoralis appensi. Anno Millesimo Sexcentmo Sexagmo Die Decima Sexta Mensis Augusti Commutatio facta est huiusce Pacis Instrumenti Ratificationis Electoralis cum Ratificationibus Regiis & Reipublicæ Poloniæ. In cuius rei fidem cum Illmo atque Excellentmo Domino Mediatore, Illmus atque Excellentmus Dnus Legatus Plenipotentiarius Electoralis Brandeburgicus hac subscrit Gedani Anno & die ut supra. A. de Lumbres. Locus sigilli. Ioannes ab Houerbeckee Locus sigilli. Christianus Hempell Legationis Electoralis Brandeburgicæ Secretarius. Locus sigilli.

Ratihabentur eadem Pacta per Serenmum Imperatorem Romanorum

Leopoldus Diuina fauente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Schlauoniæ Rex, Archidux Austriæ &c &c. Significamus uniuersis & singulis quorum interest. Quod cum Legatos & Commissarios Nros plena potestate ac mandatis instructos, deputauerimus, ut in Tractatibus Pacis perpetuæ Polono Sueticis in Prussia institutis, tractarent itidem Nostro nomine, de Pace perpetuâ cum Serenmo Potentissimoque Principe ac Dno Dno Carolo Succorum, Gothorum Vandalorumq; Rege Magno Principe Finlandiæ &c. &c. &c. & Regno Sueciæ incundâ. Qui congressi cum Serenitatis eius & Regni Sueciæ Legatis & Commissarijs in sequentia Pacta, uti recognouimus infra hic sunt inserta & expressa inierunt, statuerunt & concluserunt. In Nomine Sacro Sanctæ & Individuæ Trinitatis &c &c. Scribantur Pacta

cta Suetica Oliuensia (quæ extant, vernis hîñ velvt sexdecem paginis). Nos itaq; Leopoldus Electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Schlauoniæ REX. Archi Dux Austriæ &c. &c. &c. Promittimus & recipimus nomine Nostro, hæredum ac Successorum Nostrorum, Nos singula & vniuersa Capita Pactis suprascris inserta & comphensa, bonâ, Imperiali ac Regia fide approbare, laudare & ratihabere, prout hisce quoque approbamus laudamus & ratihabemus, nec passuros à Nostratibus Vllo modo violari. Et quia in articulo Guarantiæ Externorum Principum, Partes Paciscentes Facultatem sibi reseruarunt, alios Principes & Potestates ad hîanc Guarantiam in ipsa ratihabitio ne inuitandi & nominandi - Ideo Nos probè scientes rebusque ipsi experti, Quanto pere Serenmus & Potentmus Princeps ac Dnus Dnus Philippus Quartus Hispanianum REX Catholicus, negotium Pacis hinnis promouendæ cordi semper habuerit. Quippe, qui id studium suum una cum Sermo & Potentmo Principe ac Dnno Dno Ludouico Decimo Quarto Franciæ Rege Christianmo, non modo in Tractatu Pacis inter ipsi ad Pyrenæos concluso per Articulum expressum, hoc super Punctv eidem insertum affatim declarârit (quæ etiam Causa Nobis fuit vt simul atq; de hac laudabili vtriusque Regis intentione certiores facti fuimus, amborum mox simultaneam Mediationem acceptauerimus). Verum etiam per Cameranium & Oratorem suum, in Germania Illicm sincere Nobis dilectum, Gaspanum de Teues & Guzmian. Marchionem de la Fuente, alioquè Ministros suos, postea tam in Aula Nostra, quam in ipso Tractatuum loco, cum eiusdem Regis Christianmi Ministris & Legato vbenius explicarit & in effectum deduxerit. Pouo autem idem Catholicus REX ad requisitionem à Nobis factam, se ad Pacis iam conclusæ Conseruationem, Manutentionem & Guarantiam, non minus, prompte obtulerit, quam antè ad eius conciliandæ Promotionem cupidè impendit, prout de eo per dictum Oratorem suum pleno ad id Mandato instructum significanifecit. Nosque tam benenolam eiusdem Oblationem amicè acceptauerimus. Idcirco de hac etiam acceptatione Nra hisce testatum facere & sæpedictum Catholicum Regem Pacis huius Guarantiæ Sociuum Nominare voluimus. Cum item vigore dictæ Pacis omnibus Pacisentibus integrum sit sæpediti Christianmi Regis Guarantiam acceptare, eandem Guarantiam Nos quoque acceptamus & hisce acceptâsse declaramus. In quorum Maiorem fidem ac certitudinem, hasce manu Nra subscripsimus & sigillo Nro Imperiali communiri iussimus. Quæ dabantur in Ciuitate Nra Gracy Die Duodecima Mensis

July

Iuly Anno Domini Millesimo Sexcentmo Sexagmo. Regnorum Nostrorum Romani Secundo, Hungarici Sexto, Bohemici vero Quarto. Leopoldus. Locus sigilli appensi. Nr Vlhelmus à Walderdorff. VC. Ad Mandatum Sacrae Caesareae Mttis proprium. I. Waldorode.

Plenipotentiæ binæ Sermi Romanorū Imperatoris

Leopoldus Divina fauente Clementia Electus Romanorum Imperator Semper Augustus ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Rex, Archi Dux Austriæ &c. &c. &c. Significamus vniuersis & singulis quorum interest, & qui Nostras has ce literas visuri & audituri sunt. Quod cum Tractatus Pacis inter Sermum & Potentmum Principem Dnum Ioannem Casimirum Regem Poloniæ, Magnum Ducem Lithuaniæ &c. &c. &c. necnon Regnum Poloniæ & Magnum Ducatum Lithuaniæ ac Nos aliosq eiusdem confœderatos ab una & Sermum & Potentmum Principem Dnum Carolum Gustauum Sueciorum Gothorum, Vandalorumq Regem, Magnum Principem Finlandiæ &c. &c. &c. & Regnum Sueciæ eiusque Confœderatos ab altera Partibus, restauran dæ instituendi sint. Nos benigne confisi de fide, rerum usu & prudentia. Illris & Magnifici ac Nobilis, nec non Honorabilis, Nostrorum, & Sacri Impery fidelium dilectorum Francisci Caroli Comitis a Kolowrath in Reihenau Nostri Consiliary Cameraey & Appellationum in Aula Pragensi Residis, Ioannis Francisci a Barwitz Liberi Baronis a Pernemont, Nostri Consiliary bellici, Armamentary Prefecti Colonelli & Majoris Glogouiæ Capitanei & Francisci de Lisola Consiliary Nostri Cameralis Aulici, eosdem ad dictos Tractatus Legatos Nros deputauerimus, eisq Mandatum & Plenipotentiam dederimus, vt simul omnes, vel casu quo aliquem vel aliquos ex iisdem abesse vel morbo aliaue de causa impediri contingeret, vnus vel duo cum dictorum Regum & Regnorum Plenipotentiaeys conueniant, ac de eys rebus quæ ad honestam, firmam & stabilem Pacem atque amicitiam reducendam atq communem omnium securitatem stabiliendam spectant, tractent, statuant & concludant, prout vigore huius Plenitie & Mandati Nri, dictis Legatis Nris coniunctim vel diuisim omnimodam ad dicta omnia damus facultatem. Promittentes bona fide & in verbo Imperatorio, Nos ea omnia quæ Nostro nomine, a dictis Plenipotentiarys

tentiarys Nostris gesta conclusaque fuerint, rata & grata habituros. In cuius rei fidem presens Mandatum Nostrum, Sigillo nro Imperatorio muniri iussimus. Datum in Arce nra Regia Posony die Octaua Mensis Nouembris Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo nono, Regnorum Nostrorum Romani Secundo Hungarici Quinto, Bohemici vero Quarto. Leopoldus. Locus Sigilli. Georgius Ulricus Comes a Volckenstein. Ad mandatum Sacrae Cesareae Maiestatis proprium. I. Waldevode. Altenus Plenipotentiarys posteriorum tenor eiusmodi.

Leopoldus Diuina fauente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus ac Germaniae Hungariae Bohemiae Rex, Archidux Austriae &c. &c. &c. Significamus vniuersis & singulis quorum interest & qui has nras literas visuri & audituri sunt. Quod cum Tractatus Pacis inter Serenissimum & Potentissimum Principem Dnum Joannem Casimirum Regem Poloniae Magnum Ducem Lithuaniae &c. &c. &c. necnon Regnum Poloniae Magnumque Ducatum Lithuaniae ac Nos aliosque eiusdem Confœderatos ab vna & quondam Serenissimum & Potentissimum Principem Dnum Carolum Gustauum Suecorum Gothorum Vandalorumque Regem Magnum Principem Finlandiae &c. &c. &c. & Regnum Sueciae eiusque Confœderatos ab altera partibus restaurandae nuper inchoati & nunc post eiusdem ex hac vita decessum, inter Serenissimum & Potentissimum Principem Dnum Carolum modernum Suecorum Gothorum Vandalorumque Regem Magnum Principem Finlandiae &c. &c. &c. & Regnum Sueciae siue eiusdem Tutores & Regentes ex hac parte continuandi sint, Nos bene confisi de fide, rerum vsu & prudentia Illorum & magnitudine necnon Nobilitate Nostrorum & Sacri Imperij fidelium dilectorum, Francisci Caroli Comitis a Zollern, in Reichenau Nostri Consiliary Camerary & Appellationum in Aula Pragensi praesidis, Joannis Francisci à Barwitz Liberi Baronis de Fernemont Nri Consiliary bellici, Armamentary Praefecti Colonelli, & Marchionis Grogoniae Capnici Provincialis & Francisci Liberi Baronis de Lisola Consiliary Nri Camerarii Aulici, eosdem ad dictos Tractatus Nros Legatos deputauerimus, eisq; mandatum & Plenipotentiam dederimus, vt simul omnes vel casu quo aliquem vel aliquos ex eisdem abesse, vel morbo aliaue de Causa impediri contingeret vnus vel duo cum dictorum Regis & Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae tum Regis quoque & Regni Sueciae, siue eiusdem Tutorum & Regentum Plenipotentiarys conuenirent, ac de eys rebus quae ad honestam firmam & stabilem Pacem atque Amicitiam reducendam, atque communem omnium securitatem

tem

tem stabilendam spectant, tractent statuant & concludant prout vigore huius Plenitie & mandati Nri dictis Legatis Nris conuinctim vel diuisim omnium dam ad dicta omnia damus facultatem. Promittentes bonâ fide & in verbo Imperatorio Nos ea omnia, quæ Nro nomine à dictis Plenipotentiarys Nris gesta conclusáque fuerint rata & grata habituros. In cuius rei fidem præsens mandatum nrum sigillo Nro Imperatorio muniri iussimus. Datum in Ciuitate Nra Vienna die quinta Mensis Aprilis Anno Dni Millesimo sexcentesimo sexagesimo Regnorum Nostrorum Romani Secundo Hungarici Quinto & Bohemici vero Quarto. Leopoldus. Locus sigilli. Georgius Vlricus Comes a Wolckenstein. Ad mandatum Sacræ Cesareæ Maiestatis proprium. I. Waldevode.

Ratificantur eadem Pacta per Sermum Regem & Regnum Sueciæ.

X Nos Carolus Dei gratia Sueonum Gothorum Vandalorumque Rex & Princeps hæreditarius, Magnus Princeps Finlandiæ &c. &c. &c. Significamus omnibus & singulis quorum interest, dedisse Nos Commissarios & Legatos Nros plena potestate ac mandatis instructos ad Tractandum interveniente mediatione Christianissimi Regis de pace perpetua cum Sermo & Potentissimo Principe ac Domino Ioanne Casimiro Rege Poloniæ Magno Duce Lithuaniæ &c. &c. &c. Consanguineo Nro & Republica Polona. Qui congressi cum Serenitatis eius & Reipublicæ Poloniæ Legatis ac Commissarys, sequentia Pacta, vti verbotenus infra sunt expressa & inserta inierunt statuerunt & concluserunt. In nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum sit vniuersis & singulis quorum interest, aut quomodolibet interesse potest. Postquam à multis annis Bella dissidia q3 inter Sermos Reges Regnaque Sueciæ & Poloniæ orta & interdum Inducys præcipue vero Sexennialibus Anno 1629. deinde

Viginti

viginti Sexennalibus &c. reliqua Pacta Suetica Obuensia scribantur, quæ extunt versis hinc retrò septemdecem paginis. usq; ad subscriptionem. Antonius de Lumbres. Locus sigilli. Magnus Gabriel de la Gardie. L.S. Benedictus Oxenstierna. L.S. Christophorus Carolus Slipperibach. L.S. A Gyldenclaw. Nos itaque Carolus eadem gratia Sueconum Gothorum Vandalorumq; REX & Princeps hæreditarius Magnus Princeps Finlandiæ &c. &c. &c. Promittimus & recipimus nomine Nro Successorum ac Posterorum Nostrorum & Regni Sueciæ, Nos singula & universa capita Pactis suprascris inserta & comprehensa bona & Regia fide approbare & ratihabere, sicuti hisce approbamus & ratihabemus, nec passuros à Nris ac Regni Sueciæ Vasallis Officialibus ac Subditis ullo modo violari. Et quia circa Guarantiam externum Principum & Statuum Partes paciscentes, facultatem sibi reservarunt alios Principes & Potestates ad hanc Guarantiam in ipsa Ratihabitione invitandi & nominandi, Ideo in Pactis Altè memoratum Serenum ac Potentem Galliæ & Navarræ Regem, Christianum invictissimum etiam hic repetimus, ut & S. R. Imperij oes in universum Electores, Principes & Status Amicos & Fœderatos Nros pariter invitamus & nominamus. In quorum fidem ac certitudinem majorem hasce sigillo Regni Nri Majori ac Honoratæ & Charæ Matris Nræ Regnique Nri Administratorum & Senatorum manibus subscriptas munivi jussimus. Dabantur Stokholmiæ die Decimo quarto Junij Ano sup Millmo Sexcentmo Sexagmo. Hedewig Eleonora. Petrus Brahe Comes in Wisingsborg R.S. Drotsætus. Magnus Gabriel de la Gardie. Canutus Posse Dicasterij Gothici Præses. Laurentius Kaag Campi Marsch. Thuro Sparre Dicasterij Judicij Holmiensis Consiliarius. Gustavus Bielke, Schenng Rosenhane, Consiliarius Cancell & Castel. Stockholmen. Carolus Mörner Præses Dicasterij Aboensis. Gustavus Bond. Regiæ Cameræ Consiliarius Gabriel Oxenstierna Comes in R. & Wasa R.S. Marschalcus. Vilhelm Taube primus Aulæ Marschalcus & publici cursus Gnlis Director. A Brahe Comes in Carlsborg R.S. Magnus Stabuli Magr. Reinh Tornestane R.S. summus Præf. Axel Sparre R.S. Venator. Oncus Fleming L.B. in Lais R.S. & Negii Metall. Præses. Gustavus Soop Regiæ Cameræ Consilius. Nicolaus Brahe R.S. Senator. Christer Horn. Benedictus Horn Gubernator & Ithmiæ. Johuante S. Banie Gubernator Uplandiæ. Gustavus Posse Regiæ Cancellariæ Consillarius. Georgius Fleming Regni Sueciæ Cameræ Consiliarius. Eduart Ehrensteen.

Sequitur

Sequitur tenor Procuratoriorum & Commissionis à parte Regni Sueciæ.

Nos Carolus Gustauus Dei gratia Sueconum Gotorum Vandalorumq; que Rex Magnus Princeps Finlandiæ &c. &c. &c. notum testatumq; facimus vniuersis & singulis quorum interest. Quod cum ad Tractatum instituendū de presenti hoc bello eoque diuturno & funesto conuenienter sopiendo, deque facienda perpetua pace inter Nos Regnumq; Nrum Suecia & Nros Fœderatos ab vna, & Serenissimum Principem Fratrem Consanguineum & Vicinū Nrum Dnum Joannem Casimirum Regem Poloniæ Magnumq; Ducem Lithuaniæ &c. &c. &c. eiusq; Fœderatos ex parte ex altera Serenissimum & Potentissimum Principem Fratrem & Consanguineū Nrum Dnum Leopoldum Electum Romanorum Imperatorem semper Augustum Germaniæ Vngariæ Boemiæ Dalmatiæ Croatiæ & Sclauoniæ Regem, Archiducem Austriæ Ducem Burgundiæ Styriæ, Carynthiæ Carniolæ & Witembergæ Comitem Tyrolis, necnon Serenissimum & Celsissimum Principem Consanguineum & Vicinum Nrum Dnum Fridericum Vilhelmū Marchionem Brandeburgen. S. R. Imperij Archi Camerarium & Principem Electorem Magdeburgi Prussiæ Stetini Pomeraniæ Cassubiorū Vandalorumq; necnon in Silesia Crosnæ & Carouiæ Ducem, Burgrauium Norimbergen. Principem Halberstadij & Mindæ[illegible]. ab altera Parte modus & ratio initi cœperit. atque Suæ Serenitatis vt & alte memoratorū eiusdem Confœderatorum nomine declaratum & contestatum sit, nihil quod ad eiusmodi Tractatū inchoandum instituen. & plene perficiendū mentō requiri potent, à parte eiusdē Suæ Seniis & Reipublicæ Poloniæ Magnique Ducatus Lithuaniæ vt & superius alte memoratorum Confœderatorum desideratum iri, Ideo testatum vi constans Nrum propositum & animi propensionem ad promouendum dictæ Pacis negotium, non modo in præfatum Tractatum consensimus, sed illico etiam deputauimus & constituimus, sicuti etiam vigore præsentium deputamq; & constituimus veros & legitimos Nros ad supradictum Tractatum Commissarios Illustres, Magnificos

† nec non Regnum Poloniæ & M. D. Lithuaniæ

Magnicos & Generosos Nobis sincere fideles & dilectos. Dnum Magnum Gabrielé de la Gardie Comitem in Leckoo & Arensburg Liberum Baronem in Eckholmen. Dnum in Habsal. Magnushoff Hoyendorp Nostrum Regnique Nostri Thesaurarium, Generalem Gubernatorem Liuoniæ & Locumtenentem Nostrum per Esthoniam Liuoniam & Ingriam, Militiæ Generalem, Iudicem Prouincialem, Westrogothiæ & Dalie necnon Academiæ Vpsalien Cancellarium & Dnum Benedictum Oxenstiern a Comitem in Kordholm & Wasa Liberum Baronem in Moreby & Lindholmen Dominum in Coponum & Rosenberg Cancellariæ Consiliarium, & Dnum Christophorum Carolum Schlippenbach Comitem in Schoueda Liberum Baronem in Liusala Dnum in Salinge Consily Bellici Præsidem; Omnes vero Nostros Regnique Nostri Senatores: Necnon Dnum Andream Guldenclau, Nostri per Pomeraniam Regiminis ac Consily status vt & Supremæ Curiæ iustitiæ Præsidem, hæreditarium in Skonela, & keby, Hylinge & Huldenstast, dictis q3 Nostris Commissarys pleniam potestatem damus, vt congressi cum altè memoriæ Suæ Serenitatis & Regni Poloniæ Magnique Ducatus Lithuaniæ vt & sæpius altè memoratorum Confœderatorum, ad talem actum cum plena potestate deputatis & constitutis Dnis Commissarys, nomine & authoritate Nostra Regia, non modo de præliminaribus & ys, quæ ad viam tractatui Principali in dando complaniandam facere deprehenduntur; statuant & concludant; sed etiam Principale Pacis stabiliendæ negotium, omniaqué & singula quæ quouis q3 modo, ad subortas hinc inde controuersias componendas & finaliter terminandas vt & ad mutuæ vtriusque Partis commoda promouendæ pertinere videbuntur; omni meliori modo, viâ & ratione agant, tractent, statuant & concludant, conclusa, in Instrumento inscribant, inserta vero & transacta firment & perficiant, atq; adeo Pactorum Conuentorum Instrumenta vicissim commutent. Promittimus itaq; verbo Nro Regio, ac vigore huius Procuratory, Nos ea quæ supranominati Nri Plenipotentiary Commissary suiq omnes simul, siue in vnius vel alterius absentia bini eorum, in supradicto Pacis negotio, tam præliminari quam Principali, cum supradictis Suæ Serenitatis & Reipublicæ Poloniæ Magnique Ducatus Lithuaniæ vt & sæpius memoratorum eorum Confœderatorum Dominys Commissarys egerint, tractauerint, sanciuerint & concluserint, omni meliori modo firma, rata

grataq;

gratagque habituros. In quorum fidem Maiozem praesentes manu Nrâ subscrâs Sigillo quoque Nostro Maiori communiri iussimus. Dabantur Nicopiæ in Insula Falster die decimâ Septimâ Octobris, Anno supra Millesimum Sexcentesimum Quinquagmo Nono. Carolus Gustauus Locus sigilli appensi.

Procuratorium moderni Sermi Regis & Regni Sueciæ

NOS Carolus Dei gratia Sueconum Gothorum Vandalorumq; Rex & Princeps Hæreditarius Magnus Princeps Finlandiæ &c. &c. &c. Notum testatumq; facimus vniuersis & singulis quorum interest. Quod cum ad Tractatum instituendum de præsenti hoc bello eoque diuturno & funesto conuenienter sopiendo atque faciendâ perpetuâ Pace inter Nos Regnumque Nostrum Sueciæ & Nostros Federatos ab vnâ & Sermum Principem Fratrem, Consanguineum & Vicinum Num Dnum Joannem Casimirum Regem Poloniæ Magnum Ducem Lithuaniæ &c. &c. &c. necnon Regnum Poloniæ & Magnum Ducatum Lithuaniæ, eiusq; Federatos vtriusq; Sermum & Potentmum Principem Fratrem & Consanguineum Nostrum Dnum Leopoldum Electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Germaniæ, Hungariæ Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Schlauoniæ Regem, Archi Ducem Austriæ Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carynthiæ & Carniolæ, Marchionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ ac Superioris & inferioris Silesiæ, Wittembergæ & Tekeæ, Principem Suevia, Comitem Habsburgi, Tyrolis, Ferreti, Kiburgi & Goritiæ, Landgrauium Alsatiæ, Marchionem Sacri Romani Imperij, Burgouiæ ac Superioris & inferioris Lusatiæ, Dnum Marchiæ Schlauonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. nec non Sermum & Celsissimum Principem, Consanguineum & Vicinum Nrum Dnum Fridericum &c. &c. Scribantur reliqua eximmediatè præcedenti Procuratorio ad verba: In quorum fidem ac certitudinem Maiozem, praesentes manu Honoratissimæ & Charmæ Matris Nræ, nec non Nostrorum Regnique Nostri Senatorum subscrâs Regni Nri Sigillo firmari iussimus. Dedimus Gothoburgi die Quarta Maij Anno Millmo Sexcentesimo Sexagmo. Hedewig Eleonora. Petrus Brache Comes in Wisingsborg. Seeuerot Baadt. Axel Lillie. Gabriel Oxenstiern Comes F Gustauus Bonde

in

in Kyscholm & Wasa. Carl Mauritius Leuenhaupt Comes de Rasburg & Falckenstein. Wilhelm Taube. Christür Horn. Per Leneroon Rybbing. Erick Fleming Canutus Kurck. Gustauus Posse. Georgius Fleming. Eduardus Chrenstein Locus sigilli. Godofredus von Schroer Regiæ Legationis Sued. Secret.

Declaratio verborum cer torum per Legatú sueticú

Quia circa actum Commutationis Ratificationis Pacis Oliuæ conclusæ quædam difficultas super verbis in fine Instrumenti Ratificationis Sacræ Regiæ Mäiestatis Regnique Sueciæ (ut & Sacri Romani Impery omnes in vniuersum, Electores Principes & Status, amicos & Faderatos Nostros pariter inuitamus & nominamus) orta fuit: eius expediendæ causâ, & ne opus exequendum Pacis remorandi occasio exinde enasci posit, Illmús & Excellentmús Dnús Legatus Sueticus, ad requisitionem Partium, quam fieri potest solennissimè, potestate Plenipotentiary declarat: Verba illa Amicos & Faderatos, non ad alios quam ad ipsos illos immediate ante hæc verba Amicos & Faderatos nominatos, omnes in vniuersum Electores Principes & status referri. In quorum fidem hæcce Illmús & Excellentmús Dnús Legatus & Plenipotentiarius Sueticus manu propriâ subscrib. Gedani Die Decima Octauâ Augusti. St. N. Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo. Christophorus Carolus Schlippenbach. Locus Sigilli.

Promulgatio Pacis

Ab omnium Partium Pacis centium Legatis Plenipotentiarys Die Tertia May Anno 1660 mutatis mutandis subscrib.

Cum iam Diuina adspirante Gratia, eo Tractatus Pacis deducti, vt omnes Articuli, qui solenne Pacis Instrumentum constituere debent approbati ac manu Secretariorum Legationum, subscripti ac inter Partes commutati sint. Ideo Nos infrascri Commissary ac Legati Sacræ Regiæ Maiestatis Regnique (N) eos omnes nunc quoque ratihabemus articulos, eosq omnes prout à Secretarys

cretarys subscripti sunt, nihil nisi de consensu Partium ad illos vel in illis addendo vel demendo vel mutando, in Instrumentum Pacis inscribendos declaramus, atq; à subscriptione huius Articuli pacem factam promulgamus, inter Sacram Regiam Maiestatem Regnumq; Suecia & Serenissimum Regem ac Rempublicam Polonam vniuersosq; Confœderatos Sacram Cæsaream Maiestatem & Serenissimum Electorem Brandeburgicum; incipiatq; à tempore & die determinatis, per Articulum de cessatione armorum & sit ita Armistitium, atque omnis hostilitas cesset, per totum Regnum Poloniæ & Magnum Ducatum Lithuaniæ, Borussiam, Curlandiam necnon in Pomerania, Megapoli: Holsatia absque Partium Ditionibus omnibus, in & extra Imperium sitis, ac Postarum, Literarumq; ut & Mercaturæ peregrinationis & agriculturæ commercium & facultas secura de hinc tuta & libera sit & proinde id statim postquam subscriptus erit hic Articulus, Generalibus & officiarys omnibus id notificabitur & sine mora vbiuis publicabitur. Locus Nominum & Sigillorum Legatorum.

Vniuersale Cessationis Armorum à Commissarys Poloniæ

Die Quarta Mens: May St. N. publicatum.

NOS Sacræ Regiæ Maiestatis Reipublicæque Poloniæ ad Tractatus Polonos Suethicos Legati Plenipotentiarey, omnibus & singulis quorum interest, aut quomodolibet interesse potest, notum testatumque facimus. Quod cum Diuina bonitate factum fuerit, vt de bello nuper exorto, conuenienter sopiendo, & pace vniuersali inter Serenissimum Regem Dnum Nrum Clementissimum Reg[em] publicam Polonam & eius fœderatos ac belli Socios nimirum Sacram Cæsaream Maiestatem & Serenissimum Electorem Brandeburgicum ab vna, & Serenissimum Regem Regnumque Sueciæ, ab altera Parte, mediationem conciliandæ Pacis Serenissimo ac Potentissimo Rege Christianissimo præstante, eandemq; Serenissimis Regibus Poloniæ & Sueciæ ac Electore Brandeburgico acceptantibus, ex mutua Partium conuentione statuto tempore & loco, die quinta Ianuarey Anni currentis Oliuæ post inuocatum Diuini Numinis auxilium

um mutuasque Plenipotentiarum tabulas inter commutatas tractatum inchoauerimus, ac in decursu eiusdem Sermo Regi Suecia è vinis decedente, renouatis a Serenmo ac Potentmo Principe ac Domino Dno Carolo moderno Suecia Rege Plenipotentiarum tabulis feliciter continuauimus ac tandem ad Diuini Numinis gloriam & Christiane Reipublica Salutem, Pacem perpetuam & Vniuersalem, inter Serenissimum Regem Dnum Nrum Clementmum, Regnumque Polonia Magnum Ducatum Lithuanie eisdem annexas Prouincias ac Foederatos eorum ab una & Sermum Regem Regnumque Suecia ab altera Parte die Tertia Mensis May Anni currentis concluserimus, manibusque Nris instaurata Pacis Instrumenta subscripserimus: Significamus igitur, denunciamus, declaramusq omnes cessare hostilitatis actus inter Partes Pacisentes, tum Principales tum Foederatas, earumq exercitus à die conclusa & subscripte Pacis, scilicet Tertia Mensis currentis, computando, in Prussia tam Regali quam Ducali exactis quatuor, in Pomerania & Megapoli Duodecem, in Curlandia & Liuonia Quatuordecem, in Holsatia & Schlesuicensi Duabus Viginti diebus: eodem quoque die in singulis præmemoratis locis, Negotiationes quauis pristino Vsui "restituti" & literarum commercia libera esse debere. Quod vt eò citius ad omnium notitiam deuenire possit, præsentes promulgari publicariq ubiq locorum per Prussiam & Curlandiam volumus & requirimus. Datu Gedani die quarta Mensis May Anno Domini MDCLX. Joannes de Leszno Palatinus Posnanien Maioris Polonia Generalis, ad Tractatus Polono Suecicus Legatus Plenipotentiarius. Locus Sigilli. Christophorus Pac Supremus Magni Ducatus Lithuania Cancellarius, ad Tractatus Polono Suecicus Legatus Plenipotentiarius. Locus Sigilli. Joannes Andreas Morztyn Referendarius Regni Legatus Plenipotentiarius. Joannes Gnminski Succameranius Pomerania Legatus Plenipotentiarius.

Ratificatio Sermi Regis Polonia Prouisionalis Legato Mediatori extradita

Joannes Casimirus Dei grahà Rex Polonia Magnus Dux Lithuania Russiæ Prussiæ Masouiæ &c. &c. &c. Significamus tenore præsentium omnibus & singulis

singulis notitiam horum habituris. Postquam Summo Pacis Auctore DEO annuente Tractatus de Pace perpetua cum Sermo olim Principe Dno Carolo Gustauo, Succorum, Gothorum Vandalorumq; Rege Magno Duce Finlandiæ &c. &c. &c. per Commissarios Serenitatis Suæ & Regni Sueciæ oblatæ ac cepti, ac deinceps ibidem Sermus Carolus Gustauus, Voluntate Diuina dispo nente, durantibus hisce Tractatibus, in viuis non ita pridem esse desyt & Sermus Princeps Dnus Carolus prædefuncti Parentis vnicus filius & hæres in Fastigium Paternum Soly successit, nouisque Mandatis dictos Commissa rios instruxit, in præsens tempus continuati, ad finem tandem desideratum de ducti sunt, vltimaque eius manus per Commissarios tam Nostros, quam Sere nissimorum Fœderatorum Nostrorum, vt pote Sermi ac Potentmi Principis ac Do mini Leopoldi Rom Imperatoris semper Augusti, Germaniæ, Hungariæ Bohe miæ Schlauoniæ, Dalmatiæ Regis Archi Ducis Austriæ &c. &c. &c. nec non Sermi Principis Dni Fridenci Wilhelmi Sacri Romani Impery Principis Electo ris & Archi Cameraey in Prussia Ducis &c. &c. &c. Mediatione sedula Chri stianmi Regis die Tertia Mensis Maij, Anno quo infra, est imposita. Superestq; tantum vt Nos ea omnia & singula, acta & conclusa, quæ in instrumento Pacis, Tractatusq; huius inclusa sunt, authoritate Nra Regia firmemus & roboremus. Ea propter (nihil quantum in Nobis est) tam pium & Sanctum opus morati, præ dictum Tractatum manibus tam Nostrorum, quam Sermorum Fœderatorum Nostrorum ac ex parte Regni Sueciæ Commissariorum, cum plena potestate sub scriptum & Sigillis roboratum, approbandum atque ratificandum esse duxi mus, prout præsenti Nostro Diplomate confirmamus, approbamus & ratum habe mus. Insuper promittimus ac recipimus Nostro Successorumq; Nostrorum & Regni Poloniæ ac Magni Ducatus Lithuaniæ numine, Nos singula & vniuersa Ca pita, Articulorum & Paragraphorum Instrumentorum Pactorum suprascripto rum, inclusorum & comprehensorum, in omnibus eorundem Punctis, clausulis, pro ratis & firmis semper & in perpetuum habituros, nec passuros à Nobis Subditisq; Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lithuaniæ Nostris, vllomodo violari, sed ea cuncta, vel per prædictos Commissarios conclusa & determinata, pactisq; hi ctis comprehensa sunt, obseruaturos & manutenturos. In quorum Maiorem fem

fore.

sentes manu Nostra subscrás Sigillo quoque Regni maiori Communiri iussimus. Dabantur Gedan. Die Quarta Mensis May Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo. Joannes Casimirus R[ex]. Locus Sigilli. Stephanus Harikrewicz Secretarius Regius.

Procuratorium Sermi Regis Christianmi Prius

Domino de Zumbres & Domino de Terlon datum.

Louis par la Grace de Dieu Roy de France & de Nauarre. A tous ceux qui ces "presentes "Lettres verront Salut. Les gueres dont la Pologne & les Estatz Voisinez ont esté agitez de puis quelques annees. Nous aiant donne beaucoup de deplaisir & les maux qu'elles ont cause ne pouvat estre agreables qu aux ennemis du nom Chrestien & a ceux que l'ambition tient toujours plus attentifz aux desordres de leur voisinz pours en prevaloir & en profiter, que pour en arrester le cours. Nous auons estimé estre obligez dez le commencement de ces troublez, d employer Nos offices & de faire faire en Nostre Nom des continuelles instances auprez des chefs des differens partis, pour preuenir par vne amiable composition de leurs differens, les funestes suites d'vne di pern[ic]euse diuision. Et la sincerite de Nostre Zele pour leur bien & repos, a este reconnüe d'eux, de telle sorte, qu'ils ont tous Volontiers accepté Nostre mediation pour leur accomodement. C'est pour quoy, les choses estant en tel estat, que par la bonté diuine il y a tout suiet, d'en esperer vne bonne issue, par vn traitte de paix, les parties estant convenues des lieux pours y assembler & y trauailler desirant al exemple de feu Roy Nostre tres honnore Seigneur & Pere de glorieuse memoire que Dieu absolue, ne rien obmettre pour conduire vn si sainct ouvrage a vne heureuse fin. Nous auons estimé ne pouuoir employer des personnes qui puissent y seruir plus vtilement & dignement, que Nos amez & feaux Conseillers en Nos conseils d'Estat & Priueles Srs. de Zumbres Nostre Ambassadeur en Pologne & de Terlon Nostre Ambassadeur en Suede pour la Confiance que Nous auons en leur capacité suffisance, experience, industrie, soing & diligence qui Nous font esperer tous bons succez d'vne negotiation de si grande consequence & qui

Nous

Nous est si a coeur en leur en confiant la conduite. Sçauoir faisons que Nous pour ces causes & auec grandes considerations a ce nous mouuians de l'aduis de la Reyne Nostre tres honnorée Dame & Mere de Nostre trez cher & tres amé frere vnique Le Duc d'Anjou, de Plusieurs Princes, Ducs, Pairs, Officiers de nostre couronné & auec grande & notable per sonnages de Nostre conseil auons Commis, ordonné & deputé & par ces presentes signeés de Nostre main commetons, ordonons & deputons ses dites Sieurs de Lumbres & de Perlon Nos Ambassadeurs auec plain pouuoir, Commendamen authorité & Mandement special, pour en Nostre Nom traitter auec les Ambassadeurs, Plenipotentiaires & deputez des differents parties qui auront pouvoir volable suffisant pour ce faire & moyenner le restablissement d'vne bone Paix & sincerè amitié entre Eux, leurs estats, suiets amies & alliez en signer tous articles & traittez & Nostre Nom & generalement faire tout ce qú ils verront estre necessaire & propos pour le bien & l'auancement de la Paix. Promettant en foy & parole de Roy auoir pour agreable tenir ferme & stable tout ce qui aurá este par Eux signé, geré, negotié, traitté, conclu, arreste & signe & de le faire garder & obseruer inuiolablement de Nostre part sans y contrauenir ny permettre qú il y soit contreuenu en aucune maniere. Car tel est Nostre plaisir. En tesmoin de quoy Nous auons fait Mettre Nostre seel aces presentes. Donne a Dijon le sezies me iour de Nouembre l'an de Grace Mille six cent cinquante huict & de Nostre Regné le Seziesme. LOUIS. Locus Sigilli. Par le Roy de Lomenie mpria.

Procuratorium Regis Christianissimi Posterius

LOUIS par la Grace de Dieu Roy de France & de Nauarre. A Tous ceux qui ces presentes Lettres verront Salut. La passion que Nous auons de voir en Nos jours la Paix generale dans la Chrestienté & le desir que nous auions entre autres de la procurer a Nos tres Chers & tres amés Freres, Cousins & alliez les Roys de Pologne & de Suede. Nous ayant Poeté a leur offrir Nostre mediation á cette fin dez le commencement dez derniers troubléz arriuez

entre

entre eux & leurs Estats & qu'ils auoient accepte. Nous auons par nos lettres patentes du XIme. Jour de Nouembre de l'anne dernière 1658. Commis & Ordonné Nostre, amez & feaux Conseilliers en Nostre conseil d'Estat & priue les Sieurs de Lumbres & Cheualier de Terlon Nos Ambassadeurs Resident pres d'eux pour coniunctement ou separement tout deux ensemble ou l'un deux exercer la Mediacion. Mais Comme Nous Sommes informez que la plus grande difficulté, qui se presente consiste aux moyens d'arseurer l'execution & l'observation des conditions de la Paix qui seroient accordees entre les deux Parties & que Nostre Garantie seruit à cet effett desiree par les dites Roys Nos tres Chers & tres Aimez Freres Cousins & Allies pour la Seurté reciproque de leur traittez. Ce que Nous ne pouvnons refuser à leurs desirs & a la iuste passion que Nous auons pour leur reconciliation & pour le repos de leurs Estats. Nous Nous accomodons bien Volontiers encor a leurs intentions en ce point pourueu que per actes de declaration signez chacun de leur main e seellez de leur grand seeaux, Il Nous apparoisse de leur volontez. Nous pour cette cause & autres considerations a ce Nous mouvans auoir, Commis & ordonne, Comme tons & Ordonnons par ces presentes signees de Nostre main les dites sieurs de Lumbres & Cheualier de Therlon pour coniuintement ou separement aprez qu'il leur sera a eux deux, ou al'vn d'eux, en la maniere que dit est apparu de la recherche de Nos susdites tres Chers & tres Aimez Freres Cousins & Allez le Roys de Poulogne & de Suede, pour la dite Garantie le promettre en Nostre Nom, y engager Nostre foy, Nostre Caurone & Nos Estats & en passer tel acte qui sera iuge a propos, mesme pour receuoir les Parles, Actes, Lettres & Declarations des deux ou de l'vn a tels effetts, places, villes, pais ou droyts, qu'ils auiseroient entre eux, de Nous confier par forme de sequestre depost, oppignoration, ou autrement soit pour l'auancement de leurs traittes de Paix, oui pour l'aseouration des Articles ou Conditions de seelle. Promettant en foy & parolle du Roy d'auoir agreable tenir ferme & stable, tout ce qui aura este, par eux traitte, conclu arreste & signé & de le faire garder & observer inuiolablement de Nostre Part sants y contre-

venir

uenir ny permettre qui se y soit contreuenuen aucune maniere. Car tel est Nostre plaisir. En tesmoin de quoy Nous auons fait mettre Nostre seel a ce dites presentes donné à Chantilly le XXVII. Jour de Juin l'an de Grace Mille Six cent cinquante neuf & de Nostre Regne le dix Septieme. LOUIS. Locus sigilli. Par le Roy Lominie myria:

Litera Oratoris Sermi Regis Hispaniarū ad Sermū Electorem Brandeburoicum.

Ratione Guarantiæ Regis Catholici.

Jn risposta della Lettera di V. A. Elettorale de 7. di Maggio posso assicurarla, del ri conoscimento con che mi lasciano i Suoi fauori, e colla medema prontezza ch' in tutti gli intercepi di V. A. trouara pronta e disposta la volonta del Remio signore, come lo manifesta, hauendo si aggiustato subito ad entrar nella Guaranthia a ché V. A. Elett. l'inuittaua, per quale mi hainuiato la sua Plenipotenza, nella forma che V. A. Ele. riconoscera per l'inclusa copia sotto la Lettera A. E per la di B, il modo con che S. Mta. Cesar. ha accettato la prontezza con che il Ré Mio Sigre. ha risolto di contribuire cõ suoi offitij e colle sue forze tutto quello che piu possa assecurare un bene tanto vniuersale; L'Originale della Plenipotenza ho inuiato al Secretario Sebastiano de Luthiano, accio ch' vsando di quella eseguisca tutto che V. A. Elettorale giudicara, piu conueniente e lo che sara per il benefizio commune è la magg. sicurezza della Pace che tant' importa. Et qui rinuouando a V. Alt. Elettorale la mia seruitu, le bacio con riuerente affetto le mani. Graz li 13. di Luglio 1650. Dal V. Alt. Elett. Deuot: & Affect: Seruitore. M. de la Fuentes. Al Serenissimo Prencipe e Signore il Signore Fridenic Giulielmo Marchese di Brandenburgo Archicamerariero & Elettore del Sac. Rom. Imper. Duca di Magdeburgo, Prussia Giulia, Cliuia, Monti, Stetino, Pomerania, Cassubia, Vandalia in Silesia di Crosna & Jagerdorff. Burggrauio di Norimberga Prencepe di Halberstatte Minda Conte della

della Marca e Rauenspurgo, Sign.r di Rauenstein. &c. &c. &c.

Plenipotentia Sermi Regis Hispaniarum Catholici

Ad Guarendandam Pacem inter Partes Paciscentes Oliuæ initam

Don Philippe por la Gracia de Dios Rey de Castilla de Leon de Aragon de las dos Sicilias de Hierusalem, de Portugal, de Nauarra, de Toledo, de Valencia de Gallicia de Malorca, de Seuilia, de Cerdena, de Cordoua, de Corcega, de Murzia de Iean, delos Argarues de Algecira, de Giblaltar, delas islas, de Canaria, delas Indias Orientales y Occidentales, Islas y Tiera fierme del Mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgona de Brauante & del Milan, Conde de Absburg, de Flandres de Tyrol y de Barcelona Senor de Bizcaya y de Molina &c. Porquanto hauiendose ajustado & concluido la Paz entre Mi y el Rey Christianissimo Mi Sobrino y deseando que este beneficio allcansase tambien allas demas partes de Europa para gozar una commun tranquilidad particularmente e nel Imperio y demas Partes del Norte donde tan turbada se halla, con la diuision de sus Principes y Estados, se acordo y puso por Capitulo expresso en dicha Paz que Mis Ministros y los del Rey Christianissimo respectiuamente de parte Nuestra trabajasen de concierto y uniformes, procurando en Nuestre Nombre y por su interposicion un bueno y prompto acomodamento como lo han procurando y ay muchas esperanzas de l'effecto dello y pudiendo suzeder, que para mayor seguridad y firmeza de lo que se assentare combenga el ser Io Cautionario de su Execution y Observantia y admitir y offrecer da dicha Caucion. Por tanto en Virtud dela presente deseando como deseo con el mismo animo y affecto que antes lo che procurado la firmeza de dicha Paz, He resuelto conseder, come concedo todo mi poder complido gual de derecho se Requiere al Marques, dela Fuente Gentilhombre de Mi Camera & Mi Embassador en Alemania, para que en Mi Real Nombre pueda admitir y proponer la dicha Cauzion y Garantia ofreciendo mantener la

Execu

execution de los Pactos que se asentaren Y la Observantia y perpetuidad de el los Entre los Principes Interessados en la mejor forma y modo que se pudyer y a vni con las Armas quando los medios amigables no hallaren lugar y si alguno ô algunos de los qué fueren comprecen di doz de baiò de dicha Cauzs on y Garantia la violare, Juntar mis armas y fuerzas con las de la parte offen dida, ca da vez quello pidiere lo qual secuni Va riendo, puedo admittir y ofreçer di cho Marques de la Fuente como Yo Mismo pudiera hacerlo presen te siendo, para logual le doi la Misma Potestad y Jurisdicion que en Mi Re side obligandome como Me obligo en fee y palabra de Rey a estar y passar por dello aprouardo y Ratificarlo con el Juramento y demas requisitos y Sole mnidades que en tal caso fueren necessarias dentro del termino que para ello se sen lare, sin diminucion ninguna. En fee de logual mande despachar la presen te firmada de Mi Mano y sellada con el sello secreto. Dada en Tolosa a Nueue de Junio de Mil Seiscientos y Seseta Anos. Yo el Rey. Don Ferdinando de Fonseca Ruiz de Contreras. Locus sigilli appensi.

Nominatio Regis Hispaniarum pro Fideiussore Pacis

Oliuæ Conclusæ à Sermo Regis Poloniæ Plenipotentiario Legato circa extraditionem Ratificationum Dantisci factæ.

Quo maior pateat Sacræ Regiæ Maiestatis & Reipublicæ Polonæ sollicitudo vin prouirandæ certitudine & perennitate Pacis cum Regno Sueciæ nu per Oliuæ initæ, ingore reseruata sibi facultatis Articulo 36. In ipsa Ratifi catione alios Principes & Potestates ad Guarantiam & Fideiussionem Pactorũ inuitandi & nominandi, id ipsum per mé Legatum & Plenipotentiarium suum exequitur, speciali mihi eum in finem tradita facultate, vt Nominarem Sermum ac Potentmum Principem ac Dnum Dnum Philippum IV. Hispanianum Regé Catholicum. Cum vero ille iam pridem à Sacra Regia Mtte Poloniæ ad præ dictam fideiussionem inuitatus fuerit, vbi primùm de acceptata constiterit, sine mo ra id ipsum Partibus omnibus Paciscentibus communicari faciet. Ad maiorem

cautem

autem fidem hancce declarationem manu mea subscripsi & sigillo proprio munivi. Datum Gedani die 16 Augusti Anno Millesimo sexcentesimo Sexagesimo. Vladislaus Rex Legatus Plenipotentianus. Locus sigilli.

Nominatio Regis Britanniæ Magnæ & Ordinum Fœderati Belgy pro Fideiussore Pacis

a Plenipotentiario Legato Regis Poloniæ circa Commutationem Ratificationum Dantisci facta.

Cùm Maior pateat Sacræ Regiæ Maiestatis & Reipublicæ Polonæ sollicitudo in procuranda certitudine & perennitate Pacis cum Regno Sueciæ, nuper Oliuæ initæ, vigore sibi reseruatæ facultatis Articulo 36. in ipsa Ratificatione aliis Principes & Potestates, per ipsum Christianmum Regem ad Guarantiã & fideiussionem Pactorum, inuitandi & nominandi, id ipsum per me Legatum & Plenipotentianium suum exequitur, speciali mihi eum in finem tradita facultate vt nominarem in primis Sermum ac Potentmum Principem ac Dnum Dnum Carolum II. Magnæ Brittanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regem Fidei Defensorem, tum etiam Celsos ac Potentes Ordines Fœderati Belgy. Cum vero illi iam pridem à Sacra Regia Maiestate ad prædictam Fideiussionem invitati fuerint, vbi primum de acceptata constiterit, sine mora id ipsum Partibus omnibus Paciscentibus communicari faciet. Ad maiorem autem fidem hanc declarationem manu mea subscripsi & sigillo proprio munivi. Datum Gedani die Decima Sexta Augusti. St. n. Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagmo Vladislaus Rex Legatus Plenipotentianus. Locus sigilli.

Acceptat Sermus Rex Poloniæ Guarantiam Catholici Regis Hispaniarum.

Joannes

Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ, Liuoniæ, Smolenciæ, Czernichouiæq; necnon Suecorum Gothorum Vandalorumque Hæreditarius Rex. Vt quo hactenus desiderio reducendæ Postliminio Dominys Nris Pacis & tranquillitatis cum Regno Sueciæ, affecti fuimus, Nos eiusdem conseruandæ (Postquam Deo clementer annuente hæc ipsa Pax conclusa & Pactis desuper circumscripta est) per quam studiosos attestemur: Cum Nobis facultatem Articulo Prigesimo Sexto, Exteros Principes ac Potestates ad Guarantiam & Fideiussionem dictorum Pactorum in ipsa ratificatione inuitandi ac denominandi reseruauerimus: Iam ipsa experientia edocti, quanto studio & cura tranquillitatis publicæ Semus ac Potentissimus Princeps ac Dnus Philippus Quartus Hispaniarum Rex Catholicus, Simultaneam pro hac Pace promouenda, Mediationem, vigore expressi Articuli in Tractatu Pacis ad Pyrenæos concluso cum Serno & Potentmo Principe ac Domino Ludouico XIV Galliarum Rege Christianissimo suscepent & Officia sua per Illrmum Dnum Gasparum de Teues & Guzmari, Marchionem de la Fuente Cameranium & Oratorem suum in Germania interponent, nihilque Partium suarum omiserint, vt hoc negotium ad optatum exitum perduceretur; Nec minoremetiam contestari cupiens conseruandæ quam concilliandæ pacis feruorem, ad requisitionem à Nobis factæ fideiussionem & Guarantiam suam per eundem Illrmum Dnum Marchionem de la Fuente, pleno & sufficienti super hoc Mandato instructum obtulerit. Hac præcustoditâ vti volentes facultate, prænominatum Sernum & Potentissimum Principem ac Dnum Philippum IV, Hispaniarum Regem Catholicum, in Verum & legitimum Fideiussorem & sequestrum Pacis conclusæ, & Pactis hisce comprehensæ & in socium Guarantiæ sumimus, recipimus & acceptamus; eisdemq; hisce Nris eam acceptare declaramus; quæ scriptura manu Nostra signata ac sigillo roborata, eandem Vim ac robur obtinebit acsi ipsis Pactis præinserta fuisset. Datum Varsauiæ Die XIX Mensis July Anno Domini M. DC LX Regnorum Nostrorum Poloniæ XII & Sueciæ XIII. Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Regy appensi. Stephanus Hankrewitz Secretarius Regiæ Maiestatis.

Acceptatio

X

Acceptat Sermus Elector Bran deburgicus Guarantiam Catholici Regis Hispaniar

NOs Fridericus Vilhelmus Dei Gratia Marchio Brandeburgensis Sacri Romany Impery Archicamerarius & Princeps Elector, in Prussia DVX &c. &c. Notum testatumque facimus. Postquam Diuini Numinis beneficio, eo iam Pacis in Borussia negotium processit, vt super eo instituta Tractatio feliciter ad finem perducta & Instrumenta inibi confecta, mutua omnium Partium ratihabitione & commutatione iam iam firmari sint, Nobis quam maxime cure esse, vt que ita non minus Nris quam Foederatorum Nostrorum & Partium Pacis centium Regnis & Prouincys per Dei gratiam contigit Pax atque Tranquillitas, eadem illis diu illibata atque illesa conseruari & ad seram usque posteritatem propagari queat: Cæterum cum certi simus, Reges Principesq; quorum opera in procuranda hac Pace, maxime illustris comparuit atque spectata fuit, deinceps Pacis studio id cum bono Deo effecturos, vt tum exoptata, tot impendys cuiusque suis comparata Pacis commoda posteritate conseruentur integra, atque Sermus & Potentmus Princeps ac Dnus Dnus Philippus Quartus Hispaniarum Rex Catholicus, vigore Articuli in Instrumento Pacis ad Pyrenæos conclusi, simultaneam Pacis mediationem, vna cum Serenissimo & Potentmo Principe ac Dno Dno Ludouico Decimo Quarto Galliarum Rege Christianmo susceperit, suoque Camerario & in Germania Legato Illmo & Excellentmo Dno Gaspare de Theues & Gutzmari commiserit vt nihil intermitteret, quod ad prædictam Pacem conciliandam promouendamq; facere posset. Atque is nihil à se desiderari passus sit quod suarum fecit Partium. Igitur & Allememoratum Regem Catholicum, prosiducia quam præter multa alia singularis propensionis atque affectus erga Nos testimonia, illud Pacis vniuersalis procuranda studium, excitauit, requisiuimus vt & pro obseruatione prædicta Pacis fœderibor eamq; armis suis si opus fuerit tueri dignaretur. Qua re

re cum ante memoratus Legatus, nomine Regis Catholici ad eiusdem Plenissimi Mandatum declarauerit, Altememoratum Regem istam fideiussionem & Guarantiam quæ dicitur inse recipere atque ipsi non minus conseruande Pacis Officia cordi fore, quam quæ illi procurande impendit; Ideoque istam pro Conseruatione & Guarantia huius Pacis factam declarationem Regiam grato agnoscimus & acceptamus animo. Quemadmodum & huius Altememoratum Sermum & Potentissimum Principem ac Dnum, Dnum Philippum Quartum Hispaniarum Regem Catholicum Vtr Venum & legitimum Fideiussorem & Sequestrem Pacis Olivæ Concluse recipimus & acceptamus. Id quod Instrumento hoc manu Nostra ac Sigillo roborato, quodeandem Vim cumipsi Pacificationis Pactis obtinebit manifestum reddere voluimus. Dabantur in Arce Nra Coloniæ ad Spream Die decima
sexta
Sexta Augusti. Anno Millesimo Sexcentmo & Sexagmo. Fridericus Wilhelmus Elector. Locus Sigilli Electoralis appensi.

Reuersales Ducis Curlandiæ

Jacobus Dei gratia in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ DVX &c. Notum testatumque facimus, quod postquam per conclusam inter Sermos & Potentmos Poloniæ & Sueciæ Reges & Regna, Pacem de Nostra Sermaque Conjugis & Ducalis Domus Nostræ Liberatione, vt & in Curlandiæ & Semigalliæ Ducatum plenaria restitutione conuentum sit, Nos Speciali Reuersalium hoc Diplomate honore Principis & verbo Veritatis Christianæ promittimus, stipulamur & cauemus, quoad fieri potest validissime: Nos ob captiuitatem Nostram aliasq; hactenus perpessas aduersitates & damna, nulla ratione clam aut palam, directe vel indirecte, per Nos vel per alios contra Sacram Regiam Maiestatem Regnumq; Sueciæ, Eiq; subiectas Ditiones & Subditos, aut illorum Bona ex nunc & in perpetuum aliquid Vindicaturos vel aliquo modo offensuros esse, Salua manente fidelitate & obligatione Regibus Regnoque Poloniæ & Magno Ducatui Lithuaniæ debita; In cuius rei fidem maiorem presentes manu Nra subscripsimus & Sigillo Nostro iuentes roborari fecimus. Datum Die Mense

Anno Millesimo Sexcentmo Sexagesimo. Ad Mandatum Illi

Illustri

stissimorum atque Excellentissimorum DD. Legatorum Poloniconum subscrit Joannes Zelecki Zieleczinski. Legationis Secretarius & Capitaneus Bydgostiensis.

Reuersales Ducis Holsatiæ

Nos Dei gratia Hæres Norvegiæ DVX Slesvici, Holsatiæ Stormariæ & Ditmarsiæ, Comes in Oldenburg & Delmenhorst &c. Notum testatumque facimus. Quod cum Pace, inter Sermum Regem Poloniæ eiusq; Fœderatos Vt pote Sacram Cæsaream Maiestatem & Serenissimum Electorem Brandeburgicum ex vna; Et Sermum Regem Sueciæ ex altera Parte inita de restituendis vno, post Commutatas Pactorum Ratificationes, Mense Locis & ditionibus ad Nos spectantibus cautum sit; Nos proinde fide Ducali huic Promittere, ob bellum gestum in Provincys Nostris & inde perpessa damna, nulla ratione clam aut palam, directe vel indirecte, viâ Juris vel facti, per Nos vel per alios contra prætactam Sacram Cæsaream Maiestatem, eiusque Regna Terras ac Provincias, nihil vnquam in vel extra Imperium Romanum, belli istius & expeditionis prædictæ Causa moturos, aut aliquid à prænominatis Pactibus Paciscentibus hoc nomine postulaturos. In quorum fidem præsentes Manu Nra subscriptas Sigillo Nostro Ducali roborari fecimus. Dabantur Die Mense Anno Millesimo Sexcentmo Sexagesimo. Ad mandatum Illustrissimorum atque Excellentmorum DD. Legatorum Suecicorum subscripsit Gotthofredus Von Schroder Legationis Secretarius. ℔ Et Sermum Regem Remq; publicam Poloniæ, tum quoque Sermum Electorem Brandeburgicum eiusque Terras & Provincias ℔

Nominatio Sermi Magnæ Britanniæ Regis ad Guarantiá Pacis per Ser. Elector. Brand.

Ab eiusdem Legato Plenipotentiario circa Commutationem Ratificationum facta & reliquis Paciscentium Legatis Plenipotentiarys tum quoq; extradita. Dantisci.

Seventas

Serenitas Electoralis Brandeburgica Magdeburgi in Prussia Iuliæ, Cliuiæ, Montium &c. &c. &c. DVX. Probato nuper reducendæ Pacis Polono Suecicæ indefesso studio, eiusdem quoque asserendæ iungendæ testatamque reddendæ volens solliciitudinem, mihi Legato & Commissario suo Plenipotentiario inscripto, demandauit, vt vigore reseruatæ omnibus Paciscentibus in Articulo XXXVI. Instrumenti Pactorum, nominandorum ad Guarantiam & Fideiussionem Regum, Principum & Statuum, Facultatis: praterin ipsi Pactis, Suæq; Serenitatis Electoralis Ratificatione Nominatos & per Literas ac Ablegatos Inuitatos, Bono Orbis Christiani, Atiithi Regnis & Ditionibus restitutum, Serenum ac Potentem Principem ac Dnum Dnum Carolum Secundum, Magnæ Britanniæ, Franciæ & Hyberniæ Regem Fidei defensorem, à Sua Serenitate inuitandum, nominatim. Prout ex speciali in eum finem mihi transmisso mandato, nomine Altememoratæ Suæ Serenitatis Electoralis, Suam Regiam Maiestatem nomino. Idque præsentibus, manus meæ subscriptione & Sigillo Gentilitio in maiorem fidem munitis, omnibus Paciscentibus Notum facio. Dabantur Dantisci Die decimaquinta Mensis Augusti. St. N. Anno Domini MDCLX. Ioannes ab Houerbecke. Seren. Elect. Brand. Legatus Plenipoten. Locus Sigilli.

Ratificationum Instrumenti Pacis Oliuen errata correcta

Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo decimaSexta Augusti. Cum Instrumentum Ratificationum Tractatus Oliuensis à Secretarys Legationum omnium Partium Paciscentium simul congregatis examinaretur, in dictis Instrumentis errata manu scribentium, hic illic commissa, abysdem Secretarys deprehensa, atq; ea quidem quæ inter Regias Maiestates Poloniæ & Sueciæ, tum suam Serenitatem Electoralem, commutanda erant. præsente Illmo & Excellentmo Dno Legato Mediatore, ac pleraque manu etiam ipsius emendata, Sacra Cæsareæ Maiestatis vero & quæ cum eiusdem Legatione à cæteris Partibus omnibus commutandæ erant per Secretarios cuiusque Legationis correcta, communiq; Omnium Cathalogus de consensu partium hic subiectus & Regum quidem Reipublicæque Poloniæ, præ dicti Domini Mediatoris cætera vero Secretariorum Cæsarea & reliquarum Legationum

num manu subscripta sunt. In Instrumento quidem Polonico pro Rege Suecia. In Art. 1 Lineæ 2. in Titulo Regis Poloniæ omissum erat semel Dominum, & correctum est Dn. Art. V. §. 1. Rasura est in Verbis Manenhau sen. Item fuisse per tempus Inducianum Poloniæ Possessionis. Ibidem sunt Respublicæ & deleta est syllaba bu. Art. VI. Lin. penult. Rasura est in Verbis Regiam Mare statem, Regnumque Sueciæ in futurum. Art: XIV. §. 2. lin. penul. Adetum est De. §. 2 Rasura est in Voce Chamum. Art. XXVI. Rasura est in verbis eodem tempore. Art. XXXII. §. 2. fuit Electores, correctum est Electorales. Pro Imperatore. In Prœmio Mozeby mutatum est in Moreby. In verbo Hylinge est Rasura Art: 2. §. 2. Et est rasura. Ibidem §. 5. additum est omnibus. Art. III. Rasura est in Verbis Regiones, Ditiones & Civitates. Art: IV. §. 3. correctum est &. Art: XXII. §. 1. Rasura est in verbis sed quicung ex sola causa. Art. XXII. liberè mutatum est in liberi. Art. XXVI. §. 2. additum est sua. Pro Electore Brandeburgico. In Haninga post Scepusiensis additum est Chmielnicensis. Art. II. §. 4. loco servitis positum est semitys. Art. V. §. 1 post Manehausen additum &. §. 4. loco quisque positum est quique. Art. VII. additus est §. 1 Art. XIII. loco sit positum erit. Art. XXII. additus §. 1. Art. XXXV §. 2. loco quo positum qua. §. 3. loco tum positum tunc. §. 4. loco extra positum citra. Desideratæ Plenitiæ Regiæ in absentia Amanuensis, qui hoc ipsum Instrumentum conscripsit cum consensu Partium manu Domini Daykewicz Notary Cancellariæ Majoris Regni adscripta sunt. Pro Repub. Poloniæ pro Rege Sueciæ. Art. I. in Titulo Regis Succiæ Rasura est in verbis Semmum & Potentissimum Principem ac Dnum Dnum Carolum Sueconum. Art. II. §. 1. aut per se aut per suos est correctum. Art. V. §. 5. in verbis. Si quas, rasura est. Articulo XX IV. lin. 1. Rasura videtur in verbo Posteros. Art. XXXV. Rasura videntur lin. 2. in verbo Federata ut & in voce Guarantia. Ibid. lin. 6. verba firmissimè spondentes. Item Paulo post, vox summum videtur esse rasura. Ibidem §. 4. Rasura est in Vocibus Causa actus. Art. XXXVI. Rasura esse videtur in Verb. Pactorum Fideiussorum. Ibid. correctura est in prima Syllabâ vocis Guarantia, ibidem rasura Videtur in verbo. Ibid. diversæ rasuræ & correcturæ sunt in toto periodo Ultima. Integrum quoque erit Paciscentibus omnibus eandem Christianmi Regis Guarantiam & Fideiussionem suscipere & alios quoque in tempore ratihabitionis adidem

Offic

Offry genus inuitare & denominare Principes ac Potestates. In ipsa ratificatio ne rasura videntur in verbis. Principes & Status à Sacra Regia Maiestate ad præ standam Guarantiam inuitatos. Art. XXXVII. rasura videntur in verbis. Si qui Regum, Principum, nec non Rerum publicarum. In ipsa Ratificatione & quidem clau sula obligatoria positum fuit, nec passuros à Nostris & Regni Poloniæ Magni Ducatus Lithuaniæ Vasallis Officialibus ac subditis. Vllo modo violari, correctum est manu Dñi Mediatoris, Nec passuros ab vllis Regni Poloniæ Magnique Duca tus Lithuaniæ Statibus, Vasallis, In ipsa Ratificatione rasura est in verbis, cauemusq; & promittimus Diplomata Ratificationis huius Pacis. Art. VII. §. 3. Canumq; quod fuit eorumq;. Art. VIII. Inserta est Particula & post verba Excoriatibus. Articulo IX inserta est eadem Particula & post verba quæ ex Regno Polon. Art. XXIV. §. 3. lin. 1 Correcta sunt verba, ita, vt. Pro Imperatore. In Proemio Mozebi commutatum est in Moreby. Ibid. Gylinge correctum est Hylinge. Ibidem Nominis correctum est Numinus. ibid. Corporeum correctum est Caporeum. Art. I. deletum est ab vtinque Ab. Art. II. § Et deletum est. Ibid. §. 2. additum est omnibus cum antea omissum esset. Art. III. Additum est Castra. Ibidem ad ditum est & vtentur. Art. IV. §. 4. in verbo aquæ rasura est. Art. VIII. additu est Ex. Art. XV. §. 3. additum est hoc. Art. XXII. §. 1 additum est de fortunis Articulo XXIII. liberè correctum est liberi. Art. XXIV. rasura est in verbis Russiæ Ex. Ex. Ex. ibid. §. 4. additum est is. ibid. rasura in verbo Restituantur. Ibidem Amnistiæ correctum est Pacificationis. Art. XXV. additum est vltimo. ibid. aut correctum est &. ibid. perpetuum correctum est æternum. Art. XXVI. post verbu Serenitatis additum est Electoralis. Ibid. correctura est in verbo Slesuicensi. Art. XXXIII. cuius cunq; correctum est cuius q;. Art. XXXIV. §. 4. additum est & Sigillatione. Art. XXXV. additum est & seruior. Ibid. §. 4 rasura est. Articul. XXXVI. additum est in. In Ratificationis formula „post verbum „Comitys additum est Gene ralibus. Pro Electore. Art. II. §. 1. aut per se correctum est per suos. §. 4. fuerunt correctum fuerint. §. 5. additum est omnibus. Art. III. post Ciui tates additum Castra. Art. IV. §. 1. ante Arabus deletum est &. Art. V. §. 1. post Lutzen additum est &. §. 4. loco quoque positum quiq;. Art. IX. loco ori ginalium Obligationum positum Originalium obligationum productione. Art. XXII. §. 11. loco argumentis, positum fundamentis. Art. XXXIII. loco liberè

positum

positum libeñ. Art. XXV. loco in perpetuum positum in aternum. Art. XXXI. loco tractetur positum tractentur. Art. XXXV. I W. loco extra positum citra. Art. XXXVI. post verba Rex Suecia insertum est Vt. Item loco intra positum inter. in Ratificatione loco Sub. positum Subdito. Regis Suecia pro Rege Reg pubica Polonia. In præfatione post verba ex Ordine vero equestri, additum est Dominus. Art. II. §. 4 fuerunt mutatum est in fuerint. Art. V. §. 1. Deputatos mutatum est in deputandos. Ibidem Rasura est in voce Polonia. ibid. §. 3. Accolas, mutatum est in Incolas. Ibid. §. 5. ac mutatum est in aut. Art. XIV. sub finem deletum est de, ante Generalibus. Art. XVI. Konigsmarchius, mutatum in Konigsmarkius. Art. XXII. §. 3. stabilitur mutatum in stabitur. Art. XXXII. additum est ac quod omissum fuerat. ibid. Vox Negotiationis correcta est. Art. XXXVI. Correcta est vox subscribatur. Art. XXXV. Tractationem mutatum in Transactionem. ibid. §. 1. rasura est totius linea. Et in de verbum consensum mutatum est in consessu. ibid. §. 1. Quo mutatum est in Qua. In ipsa Ratificatione Rasura duorum verborum. In Procuratorio Secundo Insti, pro Institutum correctum est. in Procuratorio eodem additi sunt duo Vocabula conuenienter sopiendo, ibid. rasura in verbis Instrumenta in uicem. Pro Imperatore. In Præmio in Tit. Dn. Comitis Colorat fuit Richenouo & correctum est Reichenau. Art. IV. §. 1. post Verba Reges Regnum Suecia defuit q & est additum. ibid. §. 4. fuit aut & correctum haud. Art. V. §. 5. in fine post verba nullo inde Iure fuit ac & correctum aut, Art. XIV. §. 1. in fine deletum est De. Art. XVIII. fuit iacent correctum iaceant. Art. XXIII. fuit liberati correctum libertati. Art. XXV. Bis defuit Particula, in post verba scissis & additum autem vbobiq. Art. XXXII. §. 11. In pñcipio fuit tamen & correctum est tam expuncto en. Art. XXXIV. §. 5. fuit diploma & correctum est diplomata. Art. XXXV. §. 1. fuit eiudemq correctum est eiusdq Pro Electore. Art. I. Algustum mutatum est in Augustum. Art. II. §. 4. adstricti fuerunt, mutatum fuerint. Art. V. §. 3. Accolas mutatum in Incolas. §. 5. ac mutatum in aut. Art. VII. rasura est in verbis. Elbingamis & indilatè Art XIV. §. 1. De deletum est ante verbum Generalibus Art. XVIII. in Prussia & Polonia templis mutatum in Prussia & Polonia templis. Art. XXII. §. 2 Omissa

Omissa sunt sequentia verba in contextu Nec non etiam quoad Bona mobilia & ap posita in margine per Amanuensem. Art. XXVI. Sex. Omissum est in contextu Electoralis & supra lineam insertum per Amanuensem. Art. XXXV. § 4. actibus mutatum in Actibus. Art. XXXVI. in verbo Fideiussorum expuncta sunt duæ extremæ Literæ ui & m. Inclausa Ratificationis Rasura in verbis Rex &. In Ratificatione Articuli declaratory. In articulo ipso, omissum erat in titulo Electorali Verbum Brandeburgica & additum per Illmum Bnum Mediatorem In Instrumento Imperatoris. **Pro Polonia.** In præfatione Mozebi mutatum est in Morebi. ibid. Dzenow mutatum est in Drenow. ibid. Nominis mutatum est in Numinis. Art. 3. Litorys mutatum est in literis. Art. IV. § 1. rasura in Voce Vr. ibid. at mutatum est in Ac. ibid. § 3. Accolas mutatum est in Incolas. Art. VII. § 1. Reigue publica mutatum est in Reiquebublica. Art. VIII. ys mutatum est in ysq; ibid. Commentationum mutatum in Comutationum. Art. X. exorta fuit pro extorta. Art. XIV. § 1. Curia finem deleta est vocula De ante Generalibus. ibid § 2. Prouincys mutatum in Prouincias. Art. XVII. in fine penes, Vt & deletum est Et. Art. XVIII. Officiuum mutatum est in Officialium. Art. XXX. V Paragraphs 2. quo mutatum est in qua. **Pro Suecia.** In præmio in Titulo Imperator. &. post Verbum Schlauoniæ expunctum et. item post Verbum Carniola, &. erasum & in fine tituli post Verbum Salinarum additum est Et. ibid. Mozebi pro Morebi est correctum. ibid. in titulo Dñi Pac. Ostrecensis pro Ostrzinen est correctum. ibid. Dzenow pro Drenow est conectum. Art. II §. in Verbo intentetur Ex Rasura & magnum spatium inter præfatum Verbum & sequentis periodi initium nihil tamen. Art. 5. § 3. Accolas pro Incolas correctum deest est. **Pro Electore** In Haringa bis fuit Nominis pro Numinis. Art. 11. § 3. fuit accolas correctum est Incolas. Art. XIV. § 1. ante Verbum Generalibus Particula de deleta est. Art. XXXV. § 1. Titulus Sermi Electoris Brandeburc: abbreuiatus fuit & adscriptus manu Secretary Cæsarei Art. XXXV. Num. 1. fuit post Verbum Legati, Mediationis; correctum est, Mediatoris. Art. XXXVI. defuit ante Verbum Maiori Particula Pro & addita est.

Cæterum notandum est, quod in quibusdam inter se passim originalia differant posito vocabulo, alio pro alio eiusdem Significationis, interdum etiam Transpositio

positionibus occurrentibus & alibi non nullis omissis, alibi positis. Verb. g. ac pro & & pro quæ & vice versa sæpe ponitur. Item Rathabitiones pro Ratificationes Item Respublica Polonia. Quod in alys ponitur Polonia. Regnum Succiæ in alys Succia. Prussiæ DVX in alys in Prussiâ DVX. Princeps hæreditarius in quibus dã positum, in quibusdam omissum. Item Pars Livoniæ Australis. In quibusdam additum est eaque Australis. Transactio Pacis in alys Pacis Transactio. Imperiũ Romanum, in quibusdam Romanum Imperium. restituantur suis quisque Dominis, alibi restituantur suis quibꝫ Dominis. Item tum, tum, in alys tam, quam, &c. Item occurrunt in Titulis Dominorum Legatorum Errata ut Herbingbien pro Herbingken, Schouedę in alys Schoueda, Kegelset in alys Kegels & plura eiusmodi alia. Item in Præmio Ratificationis in nonnullis originalibus. Quorum tenor est qui sequitur, in non nullis, quorum tenor est talis, in nonnullis inierunt, statuerunt, & concluserunt, in Procuratory Reipublicæ Apographis, ad Instrumenti calcem, subiectis alibi extat. Nos status & Ordines, alibi Nos Senatus & Ordines debuit scribi. Nos Senatores & Ordines, Errorem scribentis interpretati sunt & mansit. Quæ cum idem notent nec sensui detrahant, vel Conventioni contraria sint, eadem attendere atque correctioni subycere minus, ę re visum, sed potius propter euitandas tot maculas perinde habitum fuit. Quo autem Maior hisce fides sit Vna cum Præfato Dnõ Mediatore, Illustrissimus atque Excellentissimus Dnus Legatus Regni Poloniæ, manum suam, hic subscripsit, sigillumque proprium faciens apponi fecit. Actum Gedani, Anno die ut supra. Locus Subscriptionis Legatorum, appressionisꝫ eorundem Sigillorum.

Declaratio Suetica respectu Ubinoæ sub titulo Legati Gallici comprehensa

Christianissimi Regis Legatus & ad Tractatum Pacis Poloniæ Sueciæ &c. S. S. Maiestatis nomine ac Mandato Mediationis officio fungens. Notum facimus omnibus & singulis quorum interest. Cum Articulo secundo Instrumenti Pacis hodie

che subscripti, cauerentur Ciuitates Prussiæ Regalis, aliasque Communitates quæ Pactis Suecicis adhæserunt in omnia Iura, Priuilegia Immunitates & libertates debere restitui; Petierunt Illmi atque Excellentmi Dni Plenipotentiarij Serenmi Principis ac Domini Electoris Brandeburgici, vt adderetur id fieri quoad Elbingam aliaq; acquisita Iura, sine præiudicio Pactorum initorum inter Sermum Regem & Rempublicã Polonã ab vnã parte & suam Serenitatem Electoralem ab altera, cui additioni consensit Legatio Polonica, declarauitque se præmemoratis Pactis nihil velle derogare sed ea in omnibus punctis & articulis bonã fide obseruare; Legatio vero Suecica additioni illi se opposuit ea de Causa, quod ista Pacta cum sint inter alios conuenta approbare vel improbare Suecia non teneatur. Promisit tamen articulo seperato ab Instrumento Pacis eodem tempore ratihabendo sese declaraturã, quod & præstitit nomine Sermi Regis Regnique Suecia non impedire, quominus Elbinga Suæ Serenitati Electorali extradatur, nec eam extraditionem pro ruptura aut violatione Pacis extradendam fore. In cuius rei fidem euidentiusq; Testimonium Præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Nostro Gentilitio muniuimus. Datum in Monasterio Oliuensi Die Tertia Mensis Maij Anno Salutis Millesimo Sexcentmo Sexagmo A. de Lumbres. Locus Sigilli.

Ratificatio Pactorum Polono Sueticorum per Christianissimũ Regem facta

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Oblatas esse ad Acta metrices Regni Cancellariæ Maioris, literas pergamenas chartis duodecem constantes, manu Serenissimi ac Christianissimi Ludouici XIV. Galliarum & Nauarræ Regis subscriptas & sigillo maiori in pyxide lamineã expresso obsignatas, continentes in se Ratificationem Pactorum Polono sueticorum, Oliuæ conclusorum ac determinatorum, sanas saluas alioquin & illæsas omnique suspitionis nota carentes. Petiitque vt eãsdem literas, ad perpetuam rei me

mori

memoriam firmioris certitudinis & durabilitatis ergo in Acta præsentia in
grossari & inscribi permittere dignaremur. Quarum quidem Literarum genuinæ
de sur originali descriptarum, tenor sequitur Estque eiusmodi. Louis par —
La grace de Dieu Roy de france & de navarre, A tous ceux —
qui ces presentes Lettres Verront & Liront — Salut, —
Comme par nos soings & nre entremise Le traicté de — paix
& nre nre Bien Cher & tres amé Bon Frere & cousin
Le Roy de Pologne Ses Royaumes & grandes Duchées &
Lithuanie & Ses alliez & nre Tres Cher & tres amez Bon frere
& cousin & alliez Le Roy de Suede Ses Royaumes Etats, —
et principautez & Ses alliez auroit été conclu & Signé a
Oliue Le troisiesme jour de May — & Lapresente année —
par leurs Ambassadeurs fondez de pouvoirs Suffisans —
& Qu'par le trente sixiesme article dudit traicté il auroit
été consenty et accordé pour plus grande Seurté des conditions —
y contenues par nre Amé & feal Le S. de Lumbres —
Conseillers en nos conseils d'Estat et privé & nre ambassadeur
qui y a assisté de nre part en Vertu du plein pouvoir que no⁹ luy
avions cy devant donné pour cy exercer en nre Nom Ladite mediations
que nous & nos Successeurs Roys en demeurerions Garands & q'no⁹
pourvoirons nos Lettres de Ratification et de Ladite garantie
dans le temps Mainsy qu'il est plus au long porté par ledit
traicté Duquel la Teneur Ensuit — Notum sit vniuersis &
singulis quorum interest aut quomodo interesse potest. Postquam à multis annis
bella dissidia inter serenissimos Reges Regnaq; Poloniæ & Sueciæ orta & inter-
dum inducys præcipue vero sexennialibus Anno 1629. deinde viginti sexenna-
libus Anno 1635. sopita & compositæ fuerint, ac denique inter Serenum ac Pote-
ntissimum Principem ac Dnum Dnum Joannem Casimirum Regem Poloniæ Ma-
gnum Ducem Lithuaniæ &c. &c. &c. & Serenum ac Potentissimum Principe
ac Dominum Dominum Carolum Gustauum Sueciæ Gothorum Vandalorum que Re-
gem, Magnum Principem Finlandiæ &c. &c. &c. deuentum sit ad bellum, quod
non solum dictos Reges Regnaque eorum per plures annos exercuit, sed & Poloniæ
Fœderatos ac belli Socios vndeuo Serenum & Potentissimum Principem ac Dnum Dnum
Leopoldum Electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Germaniæ
Hungariæ

Hungariæ, Boemiæ Dalmatiæ, Croatiæ & Sclauoniæ Regem Archiducem Austriæ &c. &c. &c. Sermo Regi & Regno Poloniæ ad eiusdem requisitionem auxilia ferentem, necnon Sermum Principem ac Dnum Dnum Fridericum Vilhelmum Marchionem Brandeburgicum Sacri Romani Impery Archicamerarium & Principem Electorem Magdeburgi in Prussia &c. &c. &c. Ducem multiuit: vnde multa Christiani sanguinis effusio, cum plurimam Prouinciam desolatione secuta est, tandem Diuina bonitate factum vt vtrinque de Pace vniuersali inter Regem Regnaq; publica Poloniam & eius Confœderatos a bello socios abvna: Et Regem Regnumque Sueciæ ab altera parte: suscepta sit cogitatio, opera & studio Sermi ac Potentmi Principis ac Domini Domini Ludouici XIV. Galliarum & Nauarræ Regis Christianissimi qui huic Paci conciliandæ Mediationem obtulit, & in ipso negotio Pacis per Illustrissimum & Excellentmum Dnum Antonium de Lumbres Dnum de Rewbingken, Loos & la Cloje, Comitem Consistorianum, Regiique Ordinis Equitem, Legatum suum, eandem mediationem Sermis Regibus Poloniæ & Sueciæ, necnon Sermo Electori Brandeburgico acceptantibus præstitit. In eorum ergo finem ex mutua Partium Conuentione, constitutus est dies sextus Januarij Anno 1660. congressui Plenipotentianorum Olivæ instituendo. Comparentes igitur statuto tempore ac loco, omnium Paciscentium legitimè constituti Legati Plenipotentiary. A parte quidem Sermi Regis Reiquè publicæ Poloniæ, Illmi & Excellentissimi Domini, ex Ordine Senatorio quidem Dnus Joannes Comes à Leszno Palatinus Posnan, Reginalis Majestatis Supremus Aulæ Præfectus & Marschalcus, Generalis Majoris Poloniæ, Marieburgen Comitien, Gubernator: Dnus Georgius Lubomirski, Comes in Wisniez & Jarostaw, Supremus Regni & Campi Marschallus Generalis Cracovien, Scepussien, Chmielnicen, Pereastavien, Casimirien Olstinen Guberniator: Dnus Nicolaus in Prazmow Prazmowski Supremus Regni Cancellarius, Nominatus Epus Lucionen & Bresten Abbatiæ Siecechowien Administrator Perpetuus Præpositus Sancti Michaelis Ecclesiæ Cracov Dnus Christophorus Pac Supremus Magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarius Wilkowisten Ostinien Kozienicen Kleszczelen & Nemoiscensis Gubernator. Ex Ordine vero Equestri Dnus Joannes Andreas Morstyn de Ramiersky

Referen

6706

Referendarius Regni Kowalen: & Zawichosten: Gubernator: Omnibus
Vladislaus de Nagtowice Rey Thesaurarius Curiæ Regni, Reginalis Mttis
Cancellarius, Neokrainen: Libussien: Kamionacensis Gubernator. Dnus
Joannes in Gnin Gninski Pomeraniæ Succameramus Gnesnen: Gubernator,
& à parte Federatorum Poloniæ videlicet Sermi Imperatoris Romanorum Illu
strissimi & Excellentmi Dni Dnus Franciscus Carolus Libsteinski Sacri Roma
ni Impery Comes à Kolowrat, Dnus in Reichenaw Sacræ Casareæ Regiq;
Hungariæ & Bohemiæ Maiestatis Consilianus, Cameranus, Judicy Maioris
Provincialis Assessor, Regnus locumtenens & Appellationum in Arce Pragensi Præses,
figurationis Dñi Anno eiusdem Millmo Quingentesimo, Octagmo Tertio, Iati, aseren originale ipsum praallegati Decreti, iniuria anteacti temporis & hostium incursionibg perditum esse, Offerentes sese, uixta Constitutionem Nouellam Regni, etiam si opus fuerit in foro competenti, Juramento comprobaturos, praedictas Decreti Copias fuisse Verè & germanè & fideliter de verbo ad verbum descriptas. Quarum quidem Copiarum tenor est eius modi. Vladislaus Quartus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Electus Magnus Dux Moschouiæ. Significamus &c. Reperias esse in Actis Cancellariæ Nræ Maioris Literas infrascriptas. Supplicatumque Nobis est, vt eas ex iisdem describi atq; authentice exhiberi mandare dignaremur. Quarum Literarum tenor sequitur talis: Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus &c. Vocatos fuisse ad Judicium Nrum Literis Citationis Nræ Tertiæ post pœnas Contumæ, Famatos Franciscum Szeligà Proconsulem & Consules, totumq; Contubernium Braxatorum, Ciuitatis Nræ Antiquæ Varsauiæ, de officys ac omnibus Bonis illorum, ad instantiam Famatorum Francisci Wielgosz, Matthiæ Klasztorny, Stanislai Szczecina, Stanislai Centara, Christophori Kuchma, Andreæ Szeligà, Laurentij Niecezek, totiusq; Contuberny Ciuitatis Nouæ Varsauiæ. Quod ipsi in contemptum ac derogationem Jurium, Priuilegiorum ac libertatum à Nobis, & ab Antecessoribus Nris Serms olim Regibus Poloniæ ipsis Actoribus concessorum, usu & diuturna possessione approbatorum, Cereuisiam per eosdem Braxatores coctam & elaboratam, in Ciuitate Nra praefata Antiqua Varsauia ac Suburbio eiusdem Ciuitatis, Cereuisijs suis & suburbanis, liberè diuendere ac reuehere ipsis Actoribus non permittunt; quin potius apud eosdem Propinatores vi ac violenter eandem Cereuisiam accipiunt, tunnasq; prænominata cereuisiâ repletas diffecant, in graue ipsorum damnum, non mediocremq; iacturam & præiudicium, quod sibi pensant cum ipsis ad Duo Millia florenorum per cumq; & totidem damni; quemadmodum ea in ipsis Citationis Nræ Literis latius continentur. In termino itaq; hodierno Judicij Relationum Nostrarum propriam ex Citatione praefata & appellatione à Sententia Assessorum Judicij Nri mediante & huc usq; continuato. Partibus ipsis Actorea per Nblem Benedictum Dembowski, Citata vero per Nblem Joannem Satapski Plenitos suos coram Nobis comparentibus & appellatio-

nem

nem suam prafatam prosequentibus, Priuilegiaq; sua vniq; eaq; consernari postulantibus. Nos cum consiliarys lateri Nostro assidentibus, audita & examinata Partium controuersia, consideratoq; antiquiori Ciuitatum Priuilegio, ysdem à Iannussio Duce Masouiæ concesso: Quo cautum est ne Suburbani Varsauienses Cerevisiam in Domibus suis braxent, sed eandem à Ciuibus, ex antiqua Ciuitate accipiant, eosdem Ciues iuxta eorum Priuilegium prefatum in toto conservauimus, atq; Ciues ab vlt petitione Actorum liberos pronunciauimus, vti quidem conseruamus & liberos pronunciamus presentes: Decernentes non debere tam in Ciuitate Antiqua Varsauiæ quam in eius suburbys, aliunde Cerevisiam ad propinandum accipi nisi ex ipsa antiqua Ciuitate Varsauiæ & ab eius Ciuibus. Cotamen exceptis si Cives Antiquæ Ciuitatis vel quilibet alius, in suum duntaxat Priuatum vsum Cerevisiam ex Noua Ciuitate habere voluerint, modo ne id propinandi gratiâ fiat. Tum etiam exceptis Comitys Regni, vbi liberrimum esse debet cuilibet, propter communem vbilitatem Cerevisias vnde voluerint adferre & propinare. Decreti Nostri Sententiæ rigore. In cuius rei fidem & testimonium Sigillum Nostrum presentibus est appensum. Datum Cracouiæ Sabbatho ipso die Transfigurationis Dni Anno eiusdem Millmo Quingentesimo Octagesimo Tertio. Regni vero Nri Anno Octauo. Relatio Illris & Magnifici Ioannis de Zamoscie Regni Poloniæ Supremi Cancellary Generalis Exercituum Regni, Cracouien, Marienburgen, Kpyszysen, Niedzyricen, Krezouien &c. Capitanei. Ioannes Zamoyski Regni Poloniæ Cancellarius. Cui supplicationi Nos benigne annuen, præinsertas Lras prout in Actis continentur describi atq; authentice extradi mandauimus. In cuius rei fidem præsentibus Sigillum Regni est appensum. Datum Varsauiæ Die Decima Mensis May Anno Domini MDLXXXX. Regnorum Nostrorum Primo. Relatio Andi in Otwo Pns Dni Iacobi Zadzik Episcopi Culmen & Pomesaniæ Supremi Regni Cancellary. I. Zadzik Epus Culmensis & Regni Poloniæ Supremus Cancellarius. Quas quidem præinsertas Decem Copias Nos ad Acta præsentia sumpsi, ysdemq; inseri & in forma authentica extradi debere mandauimus. In cuius rei fidem presentes Sigillo Regni communiri iussimus Actum & Datum Varsauiæ vt supra.

Actum

Actum Varsauiæ Feria
Tertia post Festum
Ascensionis CHRISTI
Dñi proxmâ Anno Dñi
Millesimo sexcentimo
sexagesimo secundo.

Ad relationem Illmi & Rndmi
Supremi Regni Cancellarij.

Donat Sortes suas in Villis Pęn
czyce Komorowo & Chlebowo
Gnoso Chądzinski

Joannes Casiminus &c Significamus &c.

Ex. Quod coram Actis Metrica Nrę Majoris Cancellariâ Regni comparens persona liter Gnosius Petrus Pilchowski, annos perfectæ ætatis habens, sanus mente pariter & corpore per omnia exns, foro suo proprio & competenti omisso, præsenti vero Jurisdictioni Nrę quoad actum hunc ac infrascripta attinet in se benevolè assumpta palam, ultro liberè ac benevole recognovit, præsentibusq; tam suo quam Gnosæ ac Pudicæ Annæ Pilchowska sororis suæ germanæ, pro earum ratihabitione in forma Jurīs perfectâ cavet, & eam se ad approbandū actum præsentem, coram quibusvis Actis Regni statuturum in omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus, habitis & habendis Summis præterea quibusvis pecuniaeys inscriptis nominibus recognoscit. Quâ illesos testam suas quam prædictam Sororem germanam concernen, propias & hæreditarias in Villis Pęczyce, Komorowo & Chlebowo, in Pallu Masoviæ Districtu Varsaviensi sitæ & existen, proprias & hæreditarias, ad se Recognoscentem post mortem dum Gnosi Joannis Chądzinski Avunculi sui, vti hæredes ac Successores Utros devolutas totas

&c

& integras, cum omni pleno & integro Iure suo & Sortis suæ hæreditario proprie
tate, propinquitate cumq; omnibus & singulis eæmdem in supra memoratis Villis
Sortium vbilitatibus fructibus, prouentibus, attinentys & pertinentys vniuersis vt pote
Curys ædificys, areis prædys, structuris, agris, pratis, campis, syluis, bonis, nubetis,
hortis, nemoribus pascuis, piscinis, stagnis, lacubus, fluuys, fluminibus, riuulis, torren
tibus aquarum, Tabernis, subditis, Cmethonibus, hortulanis, Inquilinis, eorum Corsi
bus, dacys, decimis, tributis, dierum laboribus, iuuaminibus, cæterisq; id genus com-
moditatibus ac emolumentis, in ysdem sortibus reperibilibus, annexisq; modo quomis
ex ysdem prouentibus, nullis prorsè suisq; Successoribus reseruatis, Gnoso Ioanni Char
dzynski Auunculo suo, & Successoribus eius Vtnis, Iure perpetuo & irreuocabilis Do
nationis titulo dedit, donauit, contulit, inscripsit & resignauit, vti quidem pre-
senti hac sua donatione & Inscrone dat, donat, inscribit & resignat, pura, merâ
simplici & irreuocabili donatione perpetuo & in æuum. Intromissionem cum reali &
actuali pacificaque possone per Ministerialem quemuis Regni Gnlem & Nobiles duos
quosuis, in prædictas Villarum Sortes, quandocunq; voluerit officiose acceptandam
libere dat & admittit, datamq; & admissam quomis modo perse ac per Gnosam
Annam Pilchowska Sororem suam germanam personasq; quasuis subordinatas
non præpedire nec impugnare, nec in possone ac vsufructu libero eundem Donatarium
suum ac eius Successores Vtnos, quouis colore seu pretextu impedire interturbare, aut
inquietare, sed quocunq; officio & Iudicio Regni, tueri, defendere, euincere, liberare,
intercedere, in prædictis Bonis suis generaliter omnibus inscribit submittit & obli
gat, præsenti sua recognitione ad præmissa mediante. Quam manu sua propria sub
scrit. Piotr Pilchowski. Quam quidem Donationem & Inscronem &c. In cuius
rei &c. Actum & Datum vt supra.

Confirmatio Priuileqy Ducis Curlandiæ.

Ioannes Casimirus &c. Significamus &c.

Oblatas esse ad Acta præsentia Metrica Maioris Cancellariæ Regni Literas papy
raceas, Confirmationem Priuilegy Illrmi Ducis Magni dicti in Curlandia râone
Bonorum Edualensium datas, ipsis Vris hac de re prolixius obloquentibus, manu

Nnn

Nrâ Regia subscrâs & sigillo Regni Maioris Cancellariæ munitas, sanas, sal
nas, illæsas omnigs suspitione carentes. Cæterum præallegatarum Literarum tenor &
series est cuiusmodi. Ioannes Casimirus Dei gratia Rex. &c. Exhibitas esse
coram Nobis Lras pargameneas manu Illmi Ducis in Curlandia, dicti Magni
subscras & sigillo eius pensili munitas, sanas, saluas, & illæsas omnigs suspici
nis notæ carentes, continentes in se certam Transactionem, inter olim Ioannem
Berh & Ioannem Rumperi, ratione Coloniarum Rusticarum Tenenden & Ca
pen dictarum initam; Vigore cuius quidem Transactionis idem Ioannes Behr me
moratas Colonias rusticas Tenwenden & Capen, aliasgs ad se & limites suos Edua
lenses spectan, per interpositionem dicti Illmi Ducis præfato Rumpio concessit, ea condi
tione: vt quandocunq contingeret Rumpium, vel eius filios suos hæredes Masculos ex
hac vita decedere & Bona Rumpy tanquam Feudalia, ad Sermos Reges Poloniæ ve
luti Dnos directos deuolui, illa omnia cum Bonis Edualensibus Consili dari & nemi
ni nisi Berhys superstitibus conferri debeant. Quam Transactionem & reservatio
nem præcensitus Dux Magnus Dictus suo & Successorum suorum nomine confir
mauit & in omnibus adimplere promisit. Cum igitur illa conditio morte vltimi
Ioannis Rumpi, qui nuper criminis perduellionis damnatus & decolatus fuit ad
impleta, Bonagq Tenenden & Capen, iam deficientibus Masculis Rumpiorum ad
dispositionem Nram Regiam deuolata sint. Proinde Gnosus Vnicus Behr Nobili
tatis per Dnum Pilten Rothmagr & modernus Bononum Edualen Possessor No
bis humillime supplicauit, quatenus Nos vt directus illius Territory Dnus, satisfa
ciendo memoratæ Transactioni, Bona illa ipsi benigne conferremus & cum Bonis
eius Edualensibus consolidaremus, Nos codignam rationem habentes præallega
tæ Transactionis tum & meritorum præfati Gnosi Vnici Behr Bona illa Tenenden
& Capen, cum omnibus eorum pertinentys, adiacentys, fructibus, commodis, prouenti
bus, nihil omnino excipiendo, ipsi, hæredibusq illius vigore præsentium gratiose conferi
mus, donamus, tradimus, & cum Bonis suis Edualen iuxta appositam superius
conditionem, in perpetuum consolidamus; ita vt idem Vnicus Behr & Successores
eius Masculi, eadem Bona exnunc eodem Iure, quo Bona Edualensia, habeant, te
neant & possideant exnunc & in perpetuum. Quod omnibus quorum interest in Cur
landia & Semigalia Magistratibus & Præfectis ad notitiam deduci volumus

vt præ

praedictum Gn̄ Unicum Behr in praescensitas Colonias Rusticas Tenorandi & Capendi Officiose servatis de Iure servandis intromittant & realem pōpenem authoritate Nr̄a tradant & confirmant. Pœna Mille Ungaricalium florenorum in Contravventores & Commulsores Bentis Resin Nr̄i sancita. In cuius rei fidem praesentes manu Nr̄a subscr̄as Sigillo Regni communiri iussimus. Actum & Datum Varsaviæ die XVIII. Mensis Aprilis Anno Domini MDCLXII Regnorum Nostrorum Poloniæ & Sueciæ XIV Anno. Joannes Casimirus R. &c. Locus sigilli Regni Maioris. Samuel Casimirus Ruszewic Regiæ Mttis Scrius. Quas quidem praescriptas Lras Nras ad Acta &c. Inquorum &c. Actum & Datum &c.

Actum Varsaviæ Feria Quinta ante Festa Solemnia Sacri Pentecostes pxma Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Secundo

Ad relationem Illmi & Rndmi Supremi Regni Cancellarii

Decretum Gedanense inter Berny & Runoen

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Oblatum esse ad Acta praesentia Mttis Nr̄i Maioris Cancellariæ Regni Decretū per Iudicium Primariæ Civitatis Gedanen̄, inter Famatos Thomam Bezny & Eliam Rungen, die sexta Octobris, qua fuit Feria Quarta Anno Domini Millmo Sexcentesimo Sexagesimo latum, Sigillo praedictæ Civitatis Nr̄æ Gedanen̄ munitum, atq; manu propria secretarii pro more solito subscriptum, sanum, salvum & illæsum omnig suspicione vacans. Cuius quidem praeallegati Decreti tenor est eiusmodi. Quando quidem a Iudicio praesenti Civili primariæ Civitatis, Famatus Thomas Bezny debito modo

v.to.

requisivit

requisiuit, sibi sententiam in Causa Criminali, ab eâ hinc Rungen ante hac aduersus se instituta Die decima Stâ Septembris Anni Bentis Millmi Sexcentmi Sexagesimi in Basilica Arthuri latam, aut attestationem eius modi, quâ contra eum qui forte hoc nomine sibi quid obycere vellet, in subsidium veritatis & defensionis honoris sui vti posset, communicari; ast uixta antiquam consuetudinem huius Scabinatus, nulli actus Criminales extraduntur: Nihilominus Judicium scabinale in tantum huic requisitioni detulit, quod attestatio hoc nomine illi extradi possit. Cum ergo post inquisitionem istius Criminalis Processus deprehensum sit. Judicium Scabinale post diligentem ponderationem, attestationum vtinq; productarum, documentorum & Confessionum oblatarum, sententiasse. Actorem probare Juris est actionem suam non probasse, & quando Conuentus Iure juvando asserit, se nullum consilium nec mandatum ad depredationem pretensam dedisse ab instituta actione & cassare liberum esse debere. Memoratus conuentus etiâ statim post Sententiam latam Juramentum illud publicè præstit. Pro Sententia gratias egit, adeoque liber declaratus & dimissus est. Idcirco Judicium Scabinale hoc loco bene formata attestatione, ad Nobilem Senatum testato referri concessit vt ibidem sub sigillo Ciuitatis extradi possit. Actum Feria Quarta Sexta Octobris Anno Millmo Sexcentmo Sexagmo. Ex Libro Causarum. Hæc præmissa Nos Præcos & Consules Regiæ Ciuitatis Gedanen, prout eadem à Judicio Ciuili Bannito Primario huius Ciuitatis Ordinarie modo testato ad Nos relata & Exgermanico idiomate in Latinum fideliter translata sunt, prout ad omnium quorum interest, notitiam deducimus vigore præsentium. In cuius rei fidem præsentibus sigillum Ciuitatis est subappressum. Datum Gedani Die 7ma Mensis Octobris. Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagmo. R Kunycke. Secrus Gedanen. Quod quidem præinsertum Decretum Nos ad Acta &c. In quorum &c. Actum & Datum vt supra.

Manifestatur ob Cymerman de tarda Decri extradione

vp. Joannes Carimus &c. Significamus &c. Quod comparens personaliter coram Actis præsentibus Mercatorum Maioris Cancellaria Regni Nobis Petrus Cymerman

mari Ciuitatis Nrâ Thunnen Secnûs, mente corpore q3 sanus per omnia ex suo foro suo quomis proprio & competenti omisso, præsente autem Iurisdictione Nrâ Regia in se benevole assumpta, palam eusmodi Manifestationem fecit. Quia ille post multas requisitiones suas in Cancellaria Decretorum Nostrorum, ratione extradendi sibi Decreti inter Religiosas & Dedicatas Virgines Ordis Sancti Benedicti Conventus Thorunien & Splem Magistratum totamq3 Communitatem dictæ Ciuitatis Nrâ Thorunien, in Iudicys Relationum Nostrarum propriarum lati, factas, hesterna demum die obtinuisse & sibi extradituri esse. Protestando nullam in se culpam & moram fuisse, quominus præallegatum Decretum citius extraderetur, hac sua ad id Manifestatione & Protestatione mediante. Quam manu sua propria subscr. Petrus Gymerman. Quam quidem Manifestationem Nos ad Acta &c. In quorum &c. Actum & Datum ut supra.

Relatio positæ Citationis cõ Capiem & Offiû castren Varsaû ex instaâ Gn Bąkowski

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod coram Actis Cancellariæ Nrâ Maioris personaliter comparens Ministerialis Regni Gnlis Iuratus Nblis Iacobus Grabowski publicè & liberè recognouit. Quia ipse Citationem Literalem Sigillo Terestri Varsaû obsignatam, pro Iudicys Tribunalitys Regni Petricouien pxmè celebrandis seruientem, terminum à portione sui duarum septimanarum, vel tunc dum Causa hæc infrascrâ ex Regesto suo competenti Causarum offcy ad judicandum incidenit continentem, ex parte & ad instantiam Gnosi Ioannis Ignatij Bąkowski Succamerarij Culmen, negoty huius infrascn Prosecutionis appellationum & grauaminis moderatum Actorem, in & super Nobilem Stanislaum Grodzki Instigatorem Iudicy Castren Capitaneatus Varsauien tum & Illem & Magnicum Ioannem à Pieskowa Skała Wielopolski Castellanû Woynicen Varsauien &c. Capitaneum ex eodem officio Capitaneatus & Gnosum Christophorum Copium infamem existentem & in Comitys Regni Gnlibus Varsaû publicatum, locum standi illi non agnoscendo, sed ad notitiam illius duntaxat

in quantum id Iuris ratio postulauerit deducendo Partem adhærentem eiusdo
Illris & Magnici Capitanei Varsauien' tum quog; Gnosium Adamum Sokotowski
Subdelegatum, ex eodem quoque Officio Subdelegationis & bonis eorundem
omnibus, ac pro uno eodemq; termino adcitatos, ad vident scilicet & audien'
appellaones a Decretis ips' Illris & Magnici Capitanei Varsauien' & subde
legati illius suprascris grauaminosis, Procedendi, respondendi, directe respondendi
necnon dilationis Inquisitionis duntaxat ex parte ips' suscepte, penitusq;
non affectate iniuridice prolatis ad Tribunal Regni Petricouien' interpositas
non tamen per ipsum Illrem & Magnicum Capitaneum una cum Subdelegato
admissas. Et hoc in Causa quadam prætensa, quasi pro Violatione loci publici
Actorum Cancellæ Officialium Castren' Varsau', tum & carceris publici manu ar
mata aggressione & Henrici Döring Incarcerati ac sic perpetuo Banniti & infa
mis & per suprascriptum Copium quasi pro Executione tradit, indeq; ac sic ex car
ceribus per modernum Actorem recepti, Copyq; accersiti & detenti, Iurisdictionis
Capitanealis violate. Quæ premissa & alia per Citatos in Citatione & propositio
ne illorum allegata (ut & sic tempore loco & termino competenti deducatur,
subsistere nequeunt. Ad instantiam Instigatoris Iudicy Illris & Magnici
Capitanei & ex delatione quoque ipsmet Illris & Magnici Capitanei Varsau'
& supradicti Copy vti Actorum instituta & in Iudicio eodem Capitaneali termi
num Iudicialium Castren' Capitan' Varsau' infrascript cum Terminis Querelarum
Feriæ Quinta post Festum Omnium Sanctorum Anno pxé præteriti Millesi
mo Sexcentesimo Sexagesimo Primo celebratis agitata, prout actus ibidem in
sertus hæc omnia sat copiose complectitur; Ad videndum itaq; (ceu supra præ
mittitur) Vigore Protestationem de non admittendis & prosequendis, tum & de grau
amine factarum in eodem actu contentarum, appellationes easdem tam ex ratio
nibus & defensis Iuridicis ibidem in hoc actu contentis, quam & alias in Tri
bunali infrascendis, prout pro tunc admissibiles fuisse, sic & ad præsens prosequibi
les fore & esse adinuenirj, grauamen per Tribunal agnosci & Decreta hæc
grauaminosa & iniuridica tolli cassari, pœnaq; grauaminis decerni & Actori
moderno adiudicari, aliaq; pro Causæ & Iuris exigentia statui & sententiari
citantur.

citantur. Salua Actori modemo Post decisionem Tribunaliticam Causæ huius grauaminis pro iniusta comminatione sui in foro fori competenti citatis, & cum alijs personis quacunq; in reatu apparuerint, prout de Iure competerit actione reseruata. Alias Citatione ipsa de præmissis hisce omnibus latius canen?: die hodierna ad Castrum Cancellariamq; Castri eiusdem Varsauien? importauit, importaiseq; & publicasse recognouit. Quam quidem Relationem supradicti Ministerialis, hic modo præmisso per ipsum personaliter recognitam, Nos ratam & gratam habentes ad Acta &c. In cuius rei &c. Actum & Datum ut supra Varsauiæ Feria Quarta post Festa Solennia Sacri Penticostes pxá Anno Dñi Millmo Sexcentesimo Sexagmo Secundo.

Actum Varsauiæ Feria Sexta ante Dominicam Ssmæ & Individuæ Trinitatis pxmá Anno Dñi Millmo Sexcentmo Sexagesimo secundo.

Ad relationem Illmi & Rndmi Supremi Regni Cancellarij

Roborant Contractum nobles Chrzczanowscy & Parulowie

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod comparentes personaliter Nobiles Martinus olim Thomæ & Albertus olim Alberti Filij Chrzczanowscy ab una & Gnosi Paulus & Albertus Paulowie ab altera partibus recognoscunt. Quia ipsi Scriptum sui Interviss? vtp.

certam

certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum & conditionum de actu
& data hic Varsauiæ die prima Mensis Junij Anno Præsenti consensum, manibus
Trium Recognoscentium subscriptum per Quartum vero videlt Albertum Chrzcza
nowski signo Crucis notatum, contis & ligamentis ibidem appositis firma
tum, in omnibus punctis, articulis, conditionibus roborant. Alias in forma
simplicis roborationis de Jure perfecta. Quam manibus propris nonnulli sub
scripserunt. Paret Paul. Woiciech. Paul. Marcin Chrzczanowski. Quam
quidem Ex. Inscinus rei Ex. Actum & Datum ut supra.

Actum Varsauiæ Feria Quarta ante Festum Ssmi Corporis CHRISTI pxâ Anno eiusdem Millmo Sexcentmo Sexagmo Secundo

Ad relationem Illmi & Rndmi Supremi Regni Cancellarij

Requisitio in Metrica nomine Gnosi Ostroroo

Joannes Casimirus Ex. Significamus Ex.

N.p. Quod veniens personaliter ad Acta præsentia Metrica Nrâ Maioris Cancellâ Regni Gncsius Josephus Ostrowiecki nomine Gnosi Andreæ Ostrorog Capitanei Mi Gawolien requisiuit Acta Metrica Nrâ Anni Millmi Sexcentesimi Trigmi Quarti & præcipuè actum Donationis Bonorum Nyszkow per successores Gnosi olim Anzelmi Gostomski, in personam Gnæ Fanlisci Gostomski facta & Exci

gnitæ

gnita. Quæ quoniam ob iniquitatem retroacti temporis, post varias hostium incursiones, hucusq; reperta non sunt. Ideo is idem Gnōus requirens Josephus Ostrowiecki præcauendo præmemorati Gnōi Capitanei Nri Ganwolien' indemnitati de diligentia sua, ratione prædicta requisitionis per se Imæ facta solemniter protestatur, declaran' præcensitum Gnōum Capitaneum Ganwolien', præallegatam Donationem omni alio Probationis genere, etiam si ita opus fuerit iuxta Constitutionem Regni nouellam comprobatam & deductum, hac sua Protestatione & Manifestatione ad præmissa mediante. In cuius rei &c. Actum & Datum ut supra.

Plenipotentia Mao Reiona

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod comparens personaliter coram Actis præsentibus Metnica Nra Maionis Cancellaria Regni Magnica Theophila de Goray Skrzyn Illis & Magnifici Castellani Kiiouien' filia, sana mente & corpore exns a foro & Jurisdictione sua competenti recedendo, præsentiam autem Nram Regiam quoad actum hunc in se benevole assumpta palam, libere ac per expressum recognouit. Quia illa in suos veros, legitimos ac indubitatos Plenipotentes Generosos & Nobiles Stanislaum Kozmiński, Andream Mniszek, Paulum Sawicki, Christophorum Zwiatkowski Notarium Castrensem Neokorcinen' Erasmum Jezierski, Andream Poniatowski Wikiński fecit constituit. Dans & concedens eisdem Plenipotentibus suis plenariam facultatem & omnimodam potestatem, Causas & actiones omnes in genere & singulas in specie, in quocunque Officio vel Judicio Regni, tam activa quam passive, cum quibus cunq; personis, ratione quarumcunq; rerum intercedentium, agendi promouendi, sine facultate substituendi. Alias in forma Plenitudinis & Mandati comissi de Jure perfectum. Quam quidem Plenipotentiam Nostram & validam manere volentes eandem ad Acta &c. In quorum &c.

Actum & Datum ut supra.

Actum

Actum Varsauiæ Feria
secunda ante Festum
Natiuitatis Sancti
Joannis Baptæ pxmâ
Anno Dñi Millmo Sex
centmo Sexagmo 2do

Ad relationem Illmi & Rndmi
Supremi Regni Cancellarij

Conseruatio Ciuitatis Varsʒ sev Exemptg à Laudis Terræ Varsʒ

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

wp. Oblatas esse ad Acta Metrica Nra Maioris Cancellariæ Regni Literas inspi
ceras ex Cancellaria Nra Vrne emanatas, manu Nostra Regia subscras Si-
gilloque Regni Maiori munitas, sanas, saluas, illesas omnig; suspicionis no-
ta carentes. Quarum series sequitur estque talis - Jan Kazimierz z Bozey
łaski KRÓL &c. Wszem wobec y kazdemu zosobna, komu to wiedzieć należy
osobliwie iednak Wielmoznym Vrodzonym Dignitarzom, Urzędnikom y wszystkim
Stanu Rycerskiego Ziemie Warszawskiey y całego Woiewodztwa Mazowieckiego
Obywatelom do zgromadzenia Seymikowego należącym Vprzeimie y Wiernie Nam
miłym łaskę Naszę Krolewską. Wielmozni, Vrodzeni, Vprzeimi y Wierni Nam mili.
Vważaiąc iako wszystkie Dobra Nasze Krolewskie, bardziey nadewszystko tymi trapio
nymi czasy są wniwecz obrocone y zniszczone że inszy tylko samych Miast kilko
które ieszcze prawdziwą iuż Ejcasu podpory Naszey y Rzeczy pospolitey lubo niebez

Ciężką

Ciężarow swoich zostaią: A zwłaszcza Miasto Nasze stara Warszawa wiele Ciężarow y innych wydatkow ponoszące. Wiedzą bardzo dobrze Vprzeymi y Nrzy Wasze, iakiemi Prawami, Constitutiami także Naiaśnieyszych Przodkow Naszych Przywileiami y Rescriptami Naszymi, iako mieysce szczęśliwey Residenty Naszey iest vprzywileiowane; a iednak Laudami Seymikowymi in Contrauentionem & Conuulsionem tych Praw & authoritatis Nrā Regiæ, nietylko do niepowinnych Podatkow, exactyi y Contributy na Seymie nie vchwalonych y niepostanowionych, ale też y do Iurisdictyi incompetentis fori Obywatele iego vciążeni y pociągani bywaią: iakoż y teraz świeżo na Seymiku relatyinymi, extra mentem Seymu blisko przeszłego y nad pozwolenie Nasze, na Conuulsią przeciwszey Naszey declaratyi w Roku MDCLVIII. Dnia XVIII. Mscā Października do Vprzy Wrzeń WW. wydaney (ktorą ad præsens in toto reassumimy & in suo robore mieć chcemy) okrom samych Podatkow przez Nas y Stany na blisko przeszłym Seymie vchwalonych; nowe exactie y Contrybutie, nazastonienie samych siebie y Poddanych swych, á na zniszczenie sensim tegoż Miasta Nasze Starey Warszawy Vprzeimy y Wrzeń Wasze stanowili. Coż przeciwko samey słuszności a ku zniszczeniu vbogich Mieszczan Poddanych Naszych Prawo Mieyskiey conuulsyi y znamszenie powagi Naszey iako Miast dzieci Domini, postanowiono bydź bacznemy, y to in speciali maiąc consideracyą, iednego plurimus aggrauare oneribus, ponieważ Kupcy iako od wszelakich Towarow takież y od wina y inszi od roznych liquorow, tosz y rzemieśnicy kazdy od rzemieśtwa swego, Podatki publiczne Rzeczypospolitey Seymami vchwalone płacąc, Prawu dosyć czynią pospolitemu: A do tego Vprzy Wrzeń Wasze Laudis Particularnych Seymikow swoich tych Praw ktore per Ordines Regni na Generalnych Seymiach są pozwolone znosić, ani onych poznawować niemogą, iakoż to y Constitutią Seymu blisko przeszłego, de appendiciibus Laudorum præcautum est. Wiec że nie Vprzeimy y Wrzeń Waszym, ale Nam raczey tudzież y Seymowi całemu nad Miasty Naszymi, toc y nad Warszawą całą directia y władza służy: Tedy Vprzeimy y Wrzeń Waszym poddanym tym Imieszkańcom naszym obwieszczamy aby więcey Vprzeimy y Wrzeń Wasze Lauda Seymikow swoich tak dawnieyszych iako y świeższych na Warszawę y Mieszczany

f ze niesłuszna rzecz

wniey

wniey inna & extra muros mieszkaiących ich, tak ratione oneerum iako też y Iurisdictionis nieextendowali y do Executyi nie przywodzili. Wiedząc zapewne że to Miasto Nasze od wdwat Vpmein NW. Seymikowych prawem pospolitym wyięte, y My iako przeszłym tak y niniejszym Rescryptem y declaracią naszą wyiemy y wyimuiemy. Na co przy podpisie ręki naszey Pieczęć Koronną przycisnąć rozkazaliśmy. Dan w Warszawie Dnia VIII Miesiąca Czerwca Roku Panskiego MDC. LXII°. Panowania Królestw naszych Polskiego XIV a Szwedzkiego XV Roku. Jan Kazimierz KRÓL. Louis Sigilli Maioris Cancellaria Regni. Samuel Kazimierz Kuszewic JCKMci Sekretarz. Quas quidem praemissas Lras Nras ad Acta &c. Inguorum &c. Actum & Datum vt supra.

Oblata Munimentorú Gnósi à Vicken

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

&c. Quod comparens personaliter coram Actis praesentibus Metrica Maioris Cancellaria Regni Gnosis Nicolaus à Vicken Militiae Germanicae Vice Colonellus, filius Gnósi Joannis à Vicken & Olay Aulici & Vice Colonelli Diui Vladislai Quarti Regis Poloniae Fratris Nri Charmi, filius, sanus mente corpore exns, palam, vltro, & liberè Copias Consensus super Cessionem, ratione Octo Mansorum Staybuden suum cupationum in Palthi Mariaburgen consisten, per Gnosum Stanislaum Makowiecki in personam dicti Gnosi Joannis à Vicken & Olay faciendam per Serenum olim Vladislaum Quartum Regem Poloniae concessam inse continen. Item alias Copias Privilegij per memoratum Serenum olim Vladislaum Quartum super Emphiteusim praeallegatorum Octo Mansorum, ad decursum Triginta annorum eidem Gnósso Joanni a Vicken dati & concessi produxit. Catenum praedictas Copias, manibus & Sigillis quorundam Notariorum Laurenty nimirum Letnezowy & Petri Rynowy munitas, petyt Actis Gentibus inseri = Offerens se loco & tempore competen aut ipsa Originalia eorum (quae hucusque in Suecia certis de Causis detinentur) producturum

rum, aut secundum Constitutionem Regni Nouellam, si & in quantum opus fuerit Iura
mento comprobatarum. Iam vero prædictarum Copiarum tenores sunt eiusmodi. Tenor
Consensus. Vladislaus Quartus Dei gratia REX &c. Significamus &c. Quod cum
in animum induxisset Gnasus Stanislaus Makowiecki totu & integru Ius suu sibi
super Octo Mansos Haybuden nuncupatos in Palatinatu Mariaburgensi consisten seruienti Gnoso Ioanni a Vicken & Olay Aulico & Vicecolonello Nro cedere, illudq; in personam illius transferre & transfundere. Nos Militarium meritorum, per eundem Vicecolonellum nrum Expeditionibus Pruthenicis ac Moschouiticis Nobis ac Reipublicæ præstitorum, benignam rationem habentes, facile in earn Cessionem Iunisq; Transfusionem consentiendum duximus, vti quidem consentimus Presentibus Ins Nris. Quæquidem Cessio Iunisq; transfusio, postquam coram quibuscunq; Actis Regni authenticis facta & recognita fuerit, Nos eam ratam & gratum habituri sumus, vtque de consensu Nro peragetur. Vigore cuius Cessionis præfatus Octo Mansos agri memoratus Ioannes a Vicken & Olay cum omnibus, singulis comunibilitatibus, fructibus, prouentibus, reditibus, attinentijsq; & pertinentijs vniuersis antiquitus eodem spectan, tenebit habebit & possidebit ad extrema vitæ suæ tempora. Promittentes pro Nobis ac Sermis Successoribus Nris, non eè Nos eundem ab usu & possessione dictorum Mansorum amoturos, amouendiue potestatem cuipiam daturos, sed saluum & integrum Ius Aduitalitium ipsi conseruaturos. quod & Serma Successores Nri præstabunt. Ratione cuius Aduitalitatis, si prædicta Bona Summis antiquis sunt onerata, eam Summa Pactorum quæ expressis Legum remittenda venerit, Nobis & Reipublicæ remittere & condonare tenebitur. Si vero à Summis libera, binam Quartam iuxta Praescriptum Pactorum ex eisdem Mansis persoluet. Iuribus Nris Regalibus, Reipublicæ & Ecclesiæ Catholicæ Salvis. In cuius rei fidem Presentes manu Nra subscras Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Vilnæ die Quinta Mensis Aprilis Anno Domini MDCXXXIX. Regnorum Nostrorum Poloniæ & Sueciæ VIIo. Vladislaus Rex. Locus sigilli. Iacobus Maximilianus Prechu Regens Cancellaria. Tenor Priuilegij. Vladislaus Quartus &c. Significamus &c. Et si antea Gnoso Ioanni a Vicken & Olay Aulico & Vicecolonello Nro, cuius fidem dexteritatem in compluribus expeditionibus bellicis optimè probatam ac commendatam habemus, certos fundos siue Mansos Octo ndett eosq; desertos & inultos Haybuden nominatos in Insula Maiori

Pala-

Palatinatus Mariaburgen existentes, vigore Consensus Nri Regy Cessionisq; per Gnosum Stanislaum Makowiecki eorundem Mansorum intimum & immediatum Possessorem, facta & recognita Iure Aduitalitatis dederamus & contuleramus. Nihilominus vt eo maiorem, pro suis in Nos & Rempublicam tot bellicis occasionibus prastitis mentis ac obseguys, agnoscat Regia Nra beneficentia testificationem, eosdem Octo Mansos Heybuden nuncupatos, Iure Emphiteutico ad decursum annorum Triginta sese continue & immediate sequentium a data presentiu computan, conferen ee duximus. prout quidem damus & confenimus presentibus Lris Nris: Itavt eosdem Octo Mansos cum omnibus fructibus emolumentis Pratis, campis, syluis, pascuis, omnibusq; in genere & singulis in specie attinentys & pertinentys, prout prafatus Gnosus Stanislaus Makowiecki, vigore Iuris sui Aduitalis tenuit habuit & possedit, idem quoq; Gnosus Joannes à Vicken & Olay, Iure Emphiteutico teneat, habeat & possideat ad decursu annorum supramemo ratorum. Liberam quoq; ipsi facultatem ac potestatem damus & concedimus, in ysdem Mansis desertis, Colonos vulgo Gburowo si ipsi placuerit pro commodo ac emolumento suo locandi ac constituendi, adificia pro sua suorumq; Subditorum commoditate extruendi. Ceteraq; omnia in rem & commodum suum fundandi, erigendi ac extruendi. Elapsis porro suprascris Triginta annis, hoc idem Ius Emphiteuticum ipso facto cessabit, illudq; ad Nram Successorumq; Nostrorum dispositionem (salvo nihilominus ipso supervenente Iure aduitalitio) devolvetur. Cuius Iuris Emphiteutici ea onera tantum cum Successoribus suis, si ipsum ante expirationem annorum supraspecificatorum satis condere obligent, Nobis ac Reipublica pendere ac soluere tenebitur, quae ex praxi Legum publicarum iuxta Ius Aduitalitium soluere ac pendere est adstrictus. & Successores ips tenebuntur. Iuribus Nostris praterea Regalibus, Reipublica & Ecclesia Catholica salvis. In quorum fidem presentes manu Nra subscras Sigillo Regni communiri mandavimus. Data Vilna, die XXIo Mensis May Anno Dni MDCXXXIXo Regnorum Nostrorum Poloniae VII. Sueciae VIIIo Anno. Vladislaus RCX. Locus sigilli.

Quas quidem prainsertas Copias modo premisso oblatas Nos ad Acta &c.

In quorum &c. Actum & Datum vt supra.

Plenu

Plenipotentia Vnb. Rozewski

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quòd comparens personaliter coram Actis praesentibus Metrica Majoris Cancellaria Regni Adm Rndus Valerianus Rozewski Cantor Lanciciens, Secretarius Noster sanus mente & corpore exns, foro suo quouis proprio & competenti omisso, praesenti autem Jurisdictioni Strae quoad hunc duntaxat actum ac infrascripta recognoscenda sese subjaciendo, palam, clare, liberè ac per expressum recognouit praesentibusq; recognouit. Quòd ille in suum verum, legitimum ac indubitatum Plentem & Mandatarium Rndum Martinum Nyzkaic Parochum Lanciciens & Actorum Vnbis Capituli Ecclesiae Collegiatae Lanciciens Notarium, absentem tanquam Presentem, ad exigendas, emonendas, recuperandas omnes in genere & singulas in specie Decimas, sibi Recognoscentem ad Cantoriam praallegata Ecclesiae Collegiatae Lanciciens concernentes a quibuscunque personis ad extraditionem seu solutionem dictarum decimarum obligatis, fecit, constituit & ordinauit, prout hisce praesentibus facit constituit & ordinat. Dans & concedens supramemorato Plenti ac Mandatario suo plenam & omnimodam facultatem ac potestatem, praallegatas decimas, vel solutionem earundem à quibuscunq; personis ad id obligatis exigendi emonendi & recuperandi, Causas & actiones omnes ratione retentando ac non extraditarum, in quocunque officio seu Judicio Regni, intentandi, promouendi, Processus inchoandi, inchoatos prosequendi, Summas quasuis pecuniarias percipiendi, & peractis quietandi Decreta pro parte sua lata acceptandi, ab onerosis autem ad majora & altiora Judicium subsellia appellandi, Arresta superiores, Bona & personas quorumuis debitorum seu personarum imponendi, eademq; obtenta satisfactione realiter relaxandi, Causas & Processus terminandi, tutandi defendendi, unum vel plures Plentes ad recuperandas supramemoratas decimas vel solutionem earundem in locum suum substituendi. Et cetera omnia qualiter hic non sunt expressa pro expressis tamen habere volens, prout Juris Ordo vel necessitas Causae exigent faciendi, gerendi & exequendi. Promittens se id totum quidquid per praefatum Plentem vel eius Substitutum, actum

factum

factum, gestum, constitutumq; fuerit, pro rato, grato, firmo suscepturum & habiturum
non aliter ac si ea omnia ipsemet Recognoscens Principalis constituens. ageret, fa
ceret ac perficeret si præsens adesset. Alias in forma Plenitis & Mandati commissi
de Iure perfecta. Quam manu propria subscrib. Valerianus Rzewuski. Cantor Lanci
cien Sacræ Regiæ Mttis Secrius. Quam quidem &c. Inquorum &c. Actum &
Datum Ut supra.

Actum Varsaviæ Feria
Quarta ipsa Vigilia Fe
sti SS. Petri & Pauli Apo
stolorum Anno Dñi
Millmo Sexcentesimo
Sexagmo Secundo.

Ad relationem Illmi & Rndmi
Supremi Regni Cancellary

Approbat Donationem Gnosús Pracki

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Ex. Quod coram Actis Cancellariæ Nræ Majoris personaliter comparens Gnosús Ga
spar Pracki Camerarius Terrestris Pavanensis, sanus mente & corpore exns
a Jurisdictionibus suis quibuscuis & foro suo competenti recedendo, præsenti ve
ro Jurisdictioni Nræ se quoad hunc actum duntaxat spectat & pertinet, una cum
Bonis & Successoribus suis in comparendo & subpciendo, publicè liberè expressq
recognouit verbis. Quia ipse licet Actis Castren Varsovien Feria Quinta post Fe
stum Sanctæ Annæ Matris Beatæ Mariæ Virg Anno pxmè præterito Millesimo
Sexcentmo

Sexcentmõ Sexagmõ Primo in personiam Gnõi Andreæ Dymbski, super totas & integras soetes suas in villa & hæreditate Bononum Sędzicowe, Praszę, in Terra præsenti Varsavien & Districtu Tarcinen iacen & consisten, insimulq; & agros in loco dicto medzwiadek, in Bonis Sozaki sitos, Donationem, Resignationq; puram & irrevocabilem ac perpetuam recognovit. Nihilominus tamen ob certas & p onderosas rationes ac considerationes permouentes & indemnitati ac securitati omni eiusdem Gnõi Andreæ Dębski, eo magis & quam apprimè succurendo & obuiando, hancq; eandem Donationem præmissam eidem Gnõso Dębski per se modo quo supra Actis Castren Varsavien recognitam, tam in toto quam & in Parte & illius omnibus conditionibus, punctis, clausulis, ligamentis, tuition ac eunction insimul cum Intromissione officiosa, paratag; possõne bonorum horum à Data Juris effectiui, acceptat & hucusque pacifice continuata plenarie approbat, confirmat & ratificat, prout præsentibus approbauit, confirmauit & ratificauit, hac sua etiam personali recognitione insuper mediante & accedente. Quam quidem Approbationem Donationis præmissæ per eundem Gnosum Gaspanum Pracki Camerarium Terrestrem Tarcinen recognitam. Nos ratam & gratam habentes &c. In quorum fidem &c. Actum & Datum ut supra.

Protestatur Rndus Jagodowicz

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod comparens personaliter coram Actis præsentibus Metrica Nra Majoris Cancellaria Regni Adm Rndus Matthæus Jagodowicz IV Doctor, Plocen Pultov Varsavien Cancus atq; Varsau Officialis, & Vicarius in Spiritualibus Gnlis Seen Noster Sanus mente corporeque exns, foro suo proprio & competenti omisso, præsenti autem Jurisdictioni Nræ Regiæ, quoad actum duntaxat præsentem & infra scra recognoscenda, sponte. Vltro & liberè sese subjiciendo palam & verbis expressis solennem Manifestationem fecit. Se inhærendo per omnia Constitutioni Regni p xmè præterito Gnli Conventui hic Varsaviæ celebrato, ratione Collectæ capitationis

v.ps.

tionis appellatæ) per omnes Ordines Reipublicæ sancitæ, Summam pecunianã ex binis Jurisdictionibus Ecclesiasticis, nimirum unius ex Fundo vulgo Nowy swiat Victæ, huic in Suburbio Varsavien existen, alterius vero ad Ecclesiam Beatæ Mariæ Virginis in Nova Civitate Varsau antiquitus consisten, respectu præallegatæ Capitationis provenien, per se ex mente & sensu Constitutionis fideliter exactam, Gnosis Terræ Varsavien Exactoribus, in prompta & parata pecunia reddere & numerare voluisse: Cæterum dicti Gnosi Exactores memoratæ Collectæ Summam, nescitur qua de Causa a se manifestante recipere nullatenus, aliquoties requisiti voluerint; quinimo non nulla alia & præter mentem publicæ Legis affecturent. Id circo sua & Ecclesiastica, subditorumq; indemnitati præcaveido, hanc suam ut præmissum est Manifestationem coram Actis præsentibus, (postquam illam ad Actas Castrensia Capitaneatia Varsau, officium illud Castrense Varsau eo nomine a se requisitum suscipere noluit) ratione præcensitæ ex Jurisdictionibus Ecclesiasticis provenien Capitationis, per se ex Præsto Constitutionis Regni exactæ & Gnosis Terræ Varsavien Exactoribus præsentatæ sed non receptæ, iterum atq; iterum facit. Quam & manu sua subscrit. Matthæus Jagodowicz Cancis & Officialis Gnlis Varsau. Quam quidem Manifestationem Nos Actis Præsentibus inseri &c. Inquorum &c. Actum & Datum ut supra.

Protestatur Nob. Krauze Secretariius Gedanen

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

v.p. Quod comparens personaliter coram Actis præsentibus Metrica Nostræ Majoris Cancellariæ Regni Nobilis Beniaminus Krauze Civitatis Nrã Gedanen Senius & in Aula Nrã Residens, mente corporeque sanus exns pro suo quovis proprio & competenti omisso, præsenti autem Jurisdictione Nrã Regia quoad recognoscend infrascrã spectat in se sponte & libere assumptã, nomine dictæ Civitatis Nrã Gedan atq; Nobilium Modernorum Capitaneatus Pucensis Administratorum Principalium suorum ejusmodi Manifestationem & Protestationem verbis expressis fecit.

fecit. Quia prefata Ciuitas Gedanen' nec quicquam derogando, cum Aſſecuratio
ni ſibi reſpectu Sumptuum in defensionem & Conſeruationem Fortality Portus q; Puc'n
ac eoru' Praſidium Militare impensorum seruienti; tum traditioni omnium & ſingu
lorum reditumm & Capitaneatu Pucensi prouenientium pro Praſidio ibidem alendo
facta, subsecutaq; Commiſſionis & Praesidy eiusdem Puce'n ad proportionem Prouentu'
ex toto Capitaneatu ordinationi: non derogando etiam Quietationibus anteriorib⁹
a Thesauri Regni Adminiſtratoribus Capitaneatus Puce'n datis, quibus Quarta
in vsus eiusdem Praesidy conuersa, acceptilata, & Ciuitas Gedanen' à Solutione
Quarte libera, Decreto Commiſſoriali, simul & Tribunalitio pronunciata fuit; Quin
potius praemiſſa omnia & ſingula aliaque Iura tam Gnlia quam ſpecialia, eidem
Ciuitati Gedanen' reſpectu Capitaneatus Puce'n, quoquo modo competentia, ſalua
& illaesa reseruando, neque tam pro ys extra forum competens, in illas controuersi
as, con' defenden', non quasi ex debito, sed motu Ultroneo, nimirum hoc praesenti
Reipublica' statui, eius necessitatibus consulendo, Summam Quarte veteris & No
ue Arri à Magnifico Capitaneo Pucensi pendi solite, correspondentem, videl.
Duo Millia Centum Quadraginta Nouem floren' polon' pro anno pxmè praeterito
& hac vice tantum⁹ confert & reponit in Thesauris Regni, cum expreſſa con di-
tione ne hoc factum semel, deinceps in Vllam consequentiam allegari aut in pre
iudicium Iurium & Libertatum a quo piam contra Ciuitatem Gedanen' interpre
tari aut trahi possit vel debeat. De quibus praemiſſis itenum atque itenu' prote
statur. Petens eiusmodi Protestationem & Manifestationem suam Actis
praesentibus inseri. Quod & manu sua propria subscripsit. Beniamin Kraui
ze Ciuitatis Gedanensis Secretarius. Quam quidem Protestationem & Ma
nifestationem Nos ad Acta praesentia Metrica Regni Cancellaria Nostre Ma
iestatis suscipi & inseri ex ysdemque fidelitur de verbo ad verbum deprompta
Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus. In quorum fidem
praesentibus Sigillum Regni est appressum. Actum & Datum Varsauiae
Feria Quarta ipsa Vigilia Festi Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Secundo.

Adam Vars.

Actum Varsauiæ Sabba
tho post Festum Visita
tionis Beatæ Mariæ Vir
ginis proxmo Anno Dñi
Millesimo Sexcentmo
Sexagesmo SECUNDO

Ad relationem Illmi & Rndmi
Supremi Regni Cancellarij

Approbat Scriptum certum
Gnsa Aderkasowa

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

v.p. Quod comparens personaliter coram Actis præsentibus Metrica Nra Maioris Can
cellaria Regni Gnosa Joanna Wereszczakowna olim Gnói Joannis Ader
kas Stabuli Regni hic Præfecti Consors Vidua relicta, mente & corpore sana exns
foro suo competenti omisso & Jurisdictione suâ posthabita, præsenti vero in se ac
posteros Bonag, sua omnia quoad actum Presentem attinet benevole assumptâ pa
lam publicè liberè & per expressum recognouit. Quia ipsa scum certum in rem &
personas Gnosonum Samuelis Ozemblowski & Barbaræ Ryszkowska Coniugũ
hic Varsauiæ die hodiena confectum, manug, sua Recognoscentis propria subscm
vadio Mille Octingentorum florenorũ polon firmatum, in omnibus, conditionibus
punctis, clausulis, articulis, nexibus, ligamentis in eodem scripto contentis &
expressis roborat, approbat, confirmat & ratificat, omniag, illius contenta in ge
nere & specie sententuram & completuram submittit. Idg, sub vadio vt præmissum
est Mille Octingentorum florenorũ polon. Pro quo quidem vadio citata ad offs

Casten

Castrense Capitaneale Varsau, cui se cum Successoribus suis plenarie subycit ex
in primo termino, tanquam peremptorio personaliter comparere & peremptorie respon
dere & soluto vadio, negotio Principali, nihilominus satisfacere sese inscribit. Als
in forma Roborationis & approbationis de Jure perfecta. Quam manu sua propria
subscrib. Johanna Aderkasowa Podkonniuszyna Koronna. Quam quidem &c.
In quorum &c. Actum & Datum ut supra.

Quietant se reciproce Gnosa Aderkasowa & Ozemblowski

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod comparentes personaliter coram Actis præsentibus Metrica Majoris Can vpo.
cellariæ Regni Gnosi Joanna Nowiszczakowna olim Gnosi Joannis Aderkas
Stabuli Regni Vice Præfecti Consors vidua relicta & Gnosus Samuel Ozemblowski
mentibus corporibusq; sani, foro suo quouis proprio & competenti omisso, præsenti
autem Jurisdictioni Nrae Regiæ, quoad recognoscenda infrascripta tantum spectat, se
se benevole subyiciendo, palam, Ultro & libere recognouerunt, præsentibusque quilibet
suo pro interesse recognoscit. Et in primis vero Gnosa Joanna Aderkasowa. Quia
ipsa dictum Gnosum Ozemblowski, de Causa & actione Judiciaria ratione Exemi
ptionis & Taxæ certæ argenteæ Suppellectilis in Officio & Judicio Marschalcatus
Regni, per memoratum olim Gnosum Maritum suum eidem Gnoso Samueli O:
zemblowski institutæ, nec non de omnibus Decretis & condemnationibus qui
busuis obtentis, ob præstitam sibi & Successoribus præmemorati Gnosi Mariti sui
plenam satisfactionem, suo vti Aduitalis Dna atq; præcensitorum Successorum
nomine quietat, libenum, absolutumq; una cum Successoribus eius facit & pronunci
at. Processus omnes vbicunq; locorum præsertim vero in Judicio Marschalcatus
Regni pervolim Gnosum Maritum suum, ratione præallegatæ suppellectilis argen
teæ sæpefato Samueli Ozemblowski institutos, Protestationes Decreta quauis lata
ac Panas Bannitionis infamianumq; capsat, annihilat, & mortificat, nullusq;

valoris

Valoris esse pronunciat in perpetuum. Caeterum vice versa praenominatus Gnosis Johannes Samuel Ozembłowski saepedictam Gnowam Johannam Aderkasowa atq; Successores Gnosi olim tutes memorati Joannis Aderkas, de totali praetensione, Jure et proprietate supraallegata argentea supellectilis, ex quo sibi Recognoscenti, ratione hujus suppellectilis pleniarie satisfactum est, quietat, liberos, absolutosq; facit ac pronunciat. Nihil sibi ac successoribus suis Juris, Dominy, proprietatis, Jurisdictionis, colonis, ac praetensionis cuiuspiam, ratione dictae suppellectilis tam ad personam illius Gnae Joannae Aderkasowa quam et successorum eius reservando aut aliquo modo excipiendo. Alias in forma Quietationis et Cassationis de Jure perfecta. Quamquidem Quietationem etc. Incumis rei etc. Actum et Datum ut supra.

Actum Varsaviae Feria Secunda ante Festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxima Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo SECUNDO.

Ad relationem Illmi et Rndmi Supremi Regni Cancellarii

Debet Gnosus Podlodowski Nob Petro Talenty

Joannes Casimirus etc. Significamus etc.

s. u. Quod comparens personaliter coram Actis praesentibus Metrica Nra Majoris Cancellariae Regni Gnosus Nicolaus in Przybyk Podlodowski Capitaneus Noster Radomi

Radomien sanus mente & corpore exns à foro suo quouis competenti recedendo
præsenti autem Iurisdictioni Nræ Regiæ, quoad hunc duntaxat actum ac infrascr
recognoscendã sesè benevolè subyciendo, palam, liberè ac per expressum recognouit, præ:
sentibusque recognoscit. Quia ipse Summam florenorum Viginti Quing Millium
monetæ & numeri in Regno currentis, debiti, veri, certi ac liquidi Nobili ac Honrato
Petro Talenty Factori & Seruitori nro Ciui Mercatoriqne Varsau, illiusq veris
ac legitimis Successoribus contracti debet ac tenetur. Quam quidem Summam
supraspecificatam dictus Gnosus Recognus una cum suis quibusuis Posteris ac Suc
cessoribus Vtrus, submittit & obligat se præfercensito Creditori suo pro Festo Sancti
Bartholomæi Apli in Anno Venti pxmo, prompta, paeata, numeratag pecunia, non
aliquibus rerum Meribus aut pignoribus, quibus hac sua ad præsens Inscrone
& submissione renunciat solutarum ac redditarum. Idque sub vadio similis
Summæ florenorum Viginti & Quinque Millium Polon, in casu Contraruentis
nis eidem Submissioni suæ, & pro tempore præfixo ac superius specificato Sumæ
Capitalis non solutionis. Pro quo forum ibidem Gnosus Recognoscens in Officio
Castrensi Capitaneali Varsau sibimet suisque Successoribus ac posteris eligit & As
signat: Ita vt si præfatus Gnosus Recogns Summam eandem pro tempore præ
fixo, eidem supradato Creditori suo non soluerit, vel soluere neglexerit; extunc
ad officium Castrense Capitaneale Varsauien præfatus Recognoscens Citatus
pro primo vti peremptorio termino comparere debebit ac summam præallegatam
Viginti & Quing Millium florenorum polon, una cum Vadio similis Summæ re-po
nere Creditorique supradicto reddere ac soluere. Sine vllis exceptionibus, dilatio
nibus & appellationibus tenebitur & erit adstrictus, non tuendo se aduersus
Venem Inscronem vllis beneficijs & auxilijs Iuris, dilationibus, exceptioni
bus & appellationibus earumque prosecutionibus, non aliter ac si ratione præ:
missa debiti Summa memoratus Recogns Decreto Nro aut Tribunalis Regni
vel alterius alicuius vltimæ instantiæ Iudicij Sententia convictus foret. hac
Venti recognitione sua ad præmissa mediante. Quam manu sua propria subscrit.
Nicolaus Podlodowski Capitaneus Radomien. In cuius rei &c. Actum
& Datum Varsauiæ Feria Secunda ante Festum Sanctæ Margarethæ
Virginis & Martyris pxmã. Anno Dni Millmo Sexcentmo Sexagmo 2do

Robo

Roborant Contractum Gñ Po dtodowski & Nob. Talenty

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

vsp. Quod coram Actis Metrica Regni Cancellariæ Maioris comparentes & constituti personaliter Gnosús Nicolaus Podlodowski Capitaneus Nostr. Radomien' ab una & Honoratus ac Nblis Petrus Talenty Ciuis & Mercator Varsavien' parte ab altera, ambo sani mentibus & corporibus per omnia existen' à foro suo & Iurisdictione quamis propria & competenti recedendo, præsenti autem Nrâ Regiâ quoad actum hunc ac in par. cognoscendi sese subyciendo, pa lam & liberè recognouerunt, prout præsentibus quilibet pro suo interesse recognoscit. Quia illi Contractum certum inter se mutuò, hic Varsauiæ die hodierna initum & confectum, manibus suis propryis subscriptum ac sigillis vitatis firmatum, in omnibus ac singulis illius Contractus introcontentis, nexibus ac ligamentis coniunctim & diuisim approbarunt, ratificarunt, roborarunt, prout iam ex nunc & pro facto, approbant, ratificant, roborant & rati habent, non aliter ac si idem Contractus Actis præsentibus, de verbo ad verbum inseretus ac inscriptus esset, eidemq; in omnibus ac singulis punctis, clausulis, conditionibus ibidem appositis, sese satisfacturos & totaliter adimpleturos, idque sub vadio ibidem expresso abstrings in Bonis suis generaliter omnibus, mobilibus & immobilibus, inscribunt, submittunt & obligant. Ratione vero Contrauentionis tam in toto quam in minima illius parte, fori sibi assignant peremptorie in Officio Castrensi Capitaneali Varsau', coram quo pars contrauenies citata, in primo termino tanquam peremptorio comparere, ibidemque respondere ac Iudicatum pati tenebitur & erit adstricta. Renunciando insuper omnibus Iuris beneficijs, dilationibus, exceptionibus, appellationibus, cæterisq; Iuris & facti remedijs ac diffugijs, hac suâ personali præsenti recognitione a præ

missa

premissa michante. Alias in forma Roboationis de Jure perfecta. Quam manibus suis subscripserunt. Nicolaus Podlodowski Capitaneus Radomien' Petrus Talenty. Quam quidem roboationem &c. Inquorum fidem &c. Actum &c Datum vt supra.

Plenipotentia Gn' Podlodowski

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod coram Actis praesentibus Metrica Nr'ae Maioris Cancellariae Regni perte vsp.
compareus Gnosus Nicolaus in Przytyk Podlodowski Capitaneus N'r Radomien', sanus mente & corpore exns, foro suo quouis propio & competenti omisso & Jurisdictione propria posthabita, prudenti autem Nra Regia quoad hunc actum ac infra recognoscenda spectat, beneuide assumpta, palam libere ac per expressum recognouit. praesentibusque recognoscit. Quia ipse omni meliori modo via forma, ordine & stylo, quibus de Jure potuit ac debuit, in suos veros, legitimos ac indubitatos Plenos ac Mandatarios Nbles Andream Staniewicz & Mathiam Zhinkuuic absentes tanquam praesentes, ad omnes in genere & singulas in specie Causas & actiones, tam coram Judicijs Nris Assessorialibus ac Relationis quam & coram Officio Castren Capitaneali versan', cum quibuscuis personis, cuiuscunq status & conditionis, occasione quarumuis rerum, pretensionum, ac differentiarum interceden' ac se concernen' intentan', agitan' ac promouen' fecit, constituit ac solenniter ordinauit, prout & praesentibus facit, constituit ac solenniter ordinat. Dans & concedens eisdem Plenipotentibus ac Mandatarijs suis omnimodam facultatem ac plenariam potestatem, eiusmodi Causas & actiones modo quo supra recensitas promouendi & agitandi, Processus quosuis inchoandi inchoatos continuandi, Decreta pro Parte sua lata suscipiendi, à grauiaminosis ad Judicium altioris subsellia appellandi, appellationes prosequendi, rerum Judicatarum Executionem petendi easq exequendi. Protestationes faciendi, Arresta super res, Bona personarum quarumuis vlpiq personas imponendi, eademq vsuus vbi sibi fuerit satisfactum relaxandi, Summas leuandi, de leuatis, quietandi, Transactione &

quarum

quamuniuis rerum ac prætensionum inemndi, aleoq, terminos Juris attentandi
Cæteraque omnia licet hic non sunt expressa, pro expressis tamen habere volens
prout necessitas Causarum postulauerit faciendi & exequendi. Promittens
se id totum pro rato, grato, habiturum quid quid per præfatos Plenipotentes ac Man
datarios actum ac gestum fuerit, non aliter ac si ipsemet prædictus Recognoscens
hæc omnia ageret si præsens adesset. Alias in forma Plenitudinis ac Mandati com
missi de Jure præfertur. Quod & manu propria subscripsit. Nicolaus Podlodo
wski Capitaneus Radomien. Quam quidem Plenipotentiam &c. In quorum &c.
Actum & Datum ut supra.

Quietantur Gnosi Baryczko wie à Thesauro Regni.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Lt. Oblatas esse ad Acta Metricæ Nræ Majoris Cancellariæ Regni Literas infrascriptas
continentes in se Quietationem seu Attestationem Manu magnifici Joannis Casimi
ri in Krasne Krasiński Supremi Thesaurarii Regni Comitis Krasnen. &c Capitanei
Nri subscriptam & sigillo eiusdem gentilitio munitam tenoris eiusmodi. Jan Kazi
mierz na Krasnym Podskarbi Wielki Koronny Comeziński, Prasinski &c. Starosta
Oznaymuiemy komu to wiedzieć należy. Iż na Seymie walnym Warszawskim
w Roku Tysiąc Szescseth Piecdziesiątym Osmym odprawuiącym się stanęła ta
mfame Reipublicæ Declaratia. Iż względem Indigenatu otrzymanego na gwał
towne Rzeczypospolitey ex amore ku Oyczyznie, Ich MM Pani Stanisławy Pan Woy
ciech Baryczkowie JKMci Sekretarze, obiecali Summę złotych Polskich Czterdzie
sci Tysięcy; ktorato Summa dwiesiąc iest miała, to iest na Pana Stanisława Sum
ma Dwadzieścia Tysięcy, a na Pana Woyciecha drugie Dwadzieścia Tysięcy. Które
że te Summy od Panow Baryczkow należnie się wiszą do Skarbu Koronne wniesione
y podane, iako się to w Calculature na Seymie blisko przeszłym 1659. Rzeczy
pospolitey prodikowało. Względem czego Kwity mieczne od Jasnie Wielmoznego

JKMci

JCMci Pana Bogusława na Lesznie Leszczyńskie Podskarbiego przeszłego, a na teyż czas iako in absentia mea za uznaniem Pieczęci mniey szey, Skarbu Koronne Administratora przerzeczonym Panom Banyczkom wydane są. Ktorego z mniey szy Scriptu JchMciPanom Stanisławowi y Woyciechowi Banyczkom daię, uszcze pro se nec legitimis Successoribus suis quicquam Thesauro debent, y onych ab omni im petitione względem Summ ratione Indigenatu otrzymane in quouis foro wieczny mi czasy ualnigm. Na co dla lepszey wiary przy Pieczęci mniey Skarbowey ręką własną podpisałem się. W Warszawie Dnia Piętnaste May Roku Pańskiego MDCLIX. Jan Kazimierz na Krasnym Krasiński Podskarbi Nielki Koronny Komorzeń Prasnen &c. Starosta. Locus Sigilli gentilitij. Quas quidē præinsertas Literas Nras Actis præsentibus &c. In quorum &c Actum &c Datum ut supra.

Pensio annua Quadringentorum Aureorum à Ciuitate Elbingensi Gnō Łącki

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Oblatas esse ad Acta Metrica Nra Maioris Cancellariæ Regni Literas par- Ex.
gamenias ex Cancellaria Nra Ume emanatas, manu Nra subscriptas Sigillog Regni Maioris Cancellariæ pensili communitas, continentes in se Priuilegium super leuandam & percipiendam Vigore Priuilegij Casimiriani pensionem Annuam Quadringentorum Aureorum Ungaricalium à Ciuitate Nra Elbingensi, Gnōwo Martino Łącki Subdapifero Podoliæ Aulico Nro Cubiculario, à Nobis illi benigne collatum sanas, saluas, illæsas, omnig suspitionis nota carentes. Quarum tenor sequitur eiusmodi. Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Speciali fauore & bene uolentia Nra Regia, prosequentes Gnōsi Martini Casimiri Łącki Subdapiferi Podoliæ Aulici Nri Cubiculacy merita, quæ in negotijs cum Summa animi promptitudine Nobis Domnig Nra contestata faciendum Nobis esse duximus, ut eidem Pensionem annuam videl Quadringentos Aureos Ungaricos, Nobis Vigore Priuilegij Casimiriani in signum Subiectionis à Ciuitate Nra Elbingen quotannis debitos.

vel

vel quod ex Calculo apparebunt, quotannis pro tempore in dicto Diplomate Sermi olim Casimiri Regis Poloniæ Antecessoris Nri expresso pendi solitt, apud Splem Magistratum Ciuitatis Nræ Elbingen daremus & assignaremus, vtiqui dem damus & assignamus hisce Literis Nris. Quam quidem Pensionem annuã Quadringentos Aureos Vngaricos, dictus Gnosus Subdapifer Podoliæ quotannis solito tempore Nobis & Sermis Poloniæ Regibus pendi solitt, à Splí Magistratui dictæ Ciuitatis Nræ Elbingen integrè & realiter leuabit & percipiet ad ex hi mæ vitæ suæ tempora. Promittimusq; pro Nobis & Sermis Successoribus Nris, non esse Nos Sermosq; Successores Nros præfatum Gnosum Subdapiferum ab vsu & reali perceptione dictæ Pensionis amoturos, aut amouendi cuipiam potestatem daturos, sed saluum ac integrum Ius Aduitale ipsi super eandem conseruaturos, idemque Sermi Successores Nri præstabunt. Quod ad notitiam prænominati Splis Magistratus Ciuitatis Nræ Elbingen deducentes, mandis quatenus in Signum Subiectionis suæ Nobis & Sermis Poloniæ Regibus, debitos Nobis Quadringentos aureos Vngaricos, memorato Gnoso Subdapifero Podoliæ, quotannis sto tempore ad manus ipsi vel eius Mandatary, absq; omni mora & difficultate integrè & realiter persoluat & extradat, persoluique & extradi curet. Quod Nos in rationibus ipsorum visa illius Manuali Quietatione, pro rato & grato suscepturi sumus, Sermiq; Successores Nri suscipient. In cuius rei fidem præsentes manu Nra subscriptas Sigillo Regni communiri mandauimus. Datum Varsæ Die IX Mensis Septembris Anno Domini MDCLXI° Regnorum Nostrorum Poloniæ XXIX° Sueciæ XIV Anno. Joannes Casimirus R. & X. Locus sigilli Pensilis. Stephanus Hanskrenic S. R. M. Quas quidem præinsertas Literas Nos Actis Præsentibus inseri atq; exypdem &c. Inquorum &c. Actum & Datum vt supra.

Plenipotentia Gni Berny

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

xp. Quod comparens personaliter coram Actis præsentibus Metricæ Nræ Maioris Cancellæ Regni Gnosus Jacobus Berny Colonellus Militiæ Nræ Germanicæ sub ducti

dicti Magnici Stephani in Czarnca Czarnieçki Tenanum Russiæ Palatini
Militan, sanus mente corporeque exns, foro suo quouis proprio & competenti o:
misso, presenti autem Iurisdictioni Rrã Regiæ quoad actum duntaxat Sentem
attinet sese benevole subjiciendo, palam, libere ac per expressum recognouit praesẽs
recognoscit. Quia ille in suum verum, legitimum ac indubitatum Plentem & Man
datarium Honoratum Bartholomaeum Wrotphalum absentem tanquã presen, ad
omnes in genere & singulas in specie Causas & actiones corami quouis Officio vel
Judicio Regni, cum quibusuis personis, occasione quarumuis rerum, bonorum,
differentiarum, pretensionum, exquacunq; occasione emergen, tam ex Activis
quam reatu suo instituendas fuit constituit ac solenniter ordinauit. prout &
presentibus facit, constituit ac solenniter ordinat. Dans & concedens eidem
Plenti & Mandatario suo pleniam & omnimodam facultatem ac potestatem,
Causas & actiones omnes Iurisdicas, in quocunq; Officio seu Judicio Regni agi
tandi, intentandi, prosequendi, Processus inchoandi, Decreta pro Parte sua
lata acceptandi, ab onerosis autem ad maiora & altiora Judicium subsellia ap pel
landi, appellones admissas ordinarie, denegatas extraordinarie prosequendi, cas
continuandi, rerum judicatarum Executiones urgendi & de reali Executione qui
etandi, reasq; finiendi, Transactiones si qua in rem Recognoscentis moderni com
moda & profcua fuerint peragendi, ad debitum finem deducendi, Arresta super
res, Bona & personas quorumuis debitorũ seu perperianum imponendi, eademq;
obtenta satisfactione reali relaxandi, Summas quasuis sibi Recognoscenti de
bitas & alias quascunque pretensiones, tam Jure quam amicabiliter vindicandi
emonendi, de vindicatis & receptis quietandi, Causas & Processus terminandi
defendendi, unum vel plures Plentes ad Causas easdem omnes in genere & sin
gulas in specie, in locum suum substituendi, iterus autem si id è re sua visum
fuerit revocandi & cætera omnia, licet hic non sunt expressa pro expressis tamen
habere volens, prout Juris ordo vel necessitas Causa exigerit faciẽ gerẽ & exe
quiẽ. Promittens se id totum quidquid per prefatum Plentem & Mandata
rium suum vel eius Substitutum & Substitutos gestum, constitutumq; fuerit ra
tum, gratum & firme susceptum & habitum, non aliter ac si ea ipsemet Re
cogns

cognoscens Pnlis Constituens ageret, faceret ac perficeret si presens adesset. Als in forma Plenâ ac Mandati comissi de Iure perfectmâ. Quam idem Recogns manu suâ propria subsent. Iacobus Bezny. Quam quidem Plenitudinem &c. Inquorum &c. Actum & Datum ut supra.

Actum Varsauiæ Sabba tho post Festum Sctæ Margaretha Viros & Martyris pxmo Anno Dni Millesimo Sexcentmo Sexagmo Secundo.

Ad relationem Illmi & Rndmi Supremi Regni Cancellarij.

Donat villas Rupniow & Zawady Rndus Vieyski Epus Kiiou Vnbli Matachowski

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod comparens personaliter coram Actis Metrica Nra Cancellaria Maioris Regni Illmus ac Rndmus in Chro Pater Thomas de Rupniew Vieyski Epus Kiiovien Abbas Ptocen Custos Gnesnen, sanus mente & corpore exns, a foro & Iurisdictione sua competenti ultro recedendo, huic autem Nrae Regiae quoad hunc duntaxat actu se bene uolè incorporando ac subijciendo, palam, liberè ac per expressum recognouit. Quia Pnlis & Admi Rndo Dno Stanislao Matachowski Cracovien Leopolien Canco Secretario & Supremo Oeconomo Sacrae Reginalis Maiestatis & illius Successoribus; iam ex nunc totas & integras villas Rupniow & Zawady in Terris Czemen & Varsovien

tum

tum & Distinctu Tarainen' iacen' & consisten', aliàq; totalia & integra Bona Ru
pniow & Zawady cum omnibus & singulis eorundem Bonorum Curys, areis
ædificys, structuris, pomarys, hortis, agris, pratis, campis, pinetis, sylvis, flumys,
littoribus aquis, stagnis, Molendinis ad eadem Bona pertinen', subditis, Cmetho-
nibus, hortulanis, eorumq; Censibus, datys, tributis, iuuamimbus, laboribus, & om
nibus attinentys ac circumstantys eorum Bonorum dat, donat, puraq; mera & irre
uocabili Donatione inscribit & resignat perpetuo & in æuum. Intromissionem
exnunc admittit; ac insuper submittit se, cum suis Successoribus, de bonis su
is generaliter omnibus, eundem Donatarium sui & illius Successores, à se ipso
suisq; succ'oribus & impedimentis Iudicis, ex re personaq; sua & Successorum
suorum' 1 onundis & 4 ortio 3 tantum' 2 futurú, euictionum & intercessionum, idq;
sub damnis Terrestribus Simplici verbo absq; corporali Iuramento taxandis &
edicendis. Pro quibus Citatus cum suis Successoribus in Officio Castren' Cernen' vel
Varsouien' parebit cum recessu. Alias informa Donationis & Resignationis de
Iure perfecta. Quam manu sua propria subscrit. Thomas Vitzyski Epus Ki
iouien'. In cuius rei fidem &c. Actum & Datum ut supra.

Oblata Priuilegy Pellionum & Attestationis Institorú Gedanen'

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Oblatas esse ad Acta Metricæ Nræ Maioris Cancellariæ Regni binas Lras pargamenteas, quarum & quidem Priuilegy Contubernij Pellionum Ciuitatis Nræ Gedanen' per Serenum olim Diuæ memoriæ Vladislaum Quartum Regem Poloniæ Prædecessorem & Fratrem Nrum Charissimum concessi, manuq; eius pro pria subscripti & Sigillo Regni Maioris Cancellariæ pensili communitæ tenor est eiusmodi. Vladislaus Quartus Dei gratia Rex &c. Significamus &c. Expositum Nobis esse à certis Consiliarys Nrís nomine Contubernij Ciuitatis Nræ Gedanen', quatenus Pellliones tam in dicta Ciuitate Gedanen', quam in alys lici

&c.

nionibus

Vicinioribus Ciuitatibus & Oppidis Terrarum Prussiæ & Regni Poloniæ alio
rumq; locorum potestati Nræ subiectorum, Ius & facultatem sibi vsurpare non
verentur, ipsorum Merces ad Nundinas publicas aductas, antequam eas
Venum exponerent, reuidendi easque inspiciendi & taxandi, atque eos in conspi
ciendis & elaborandis operis, mercibusq; variy generis coemendis & distrahen
dis, præpediendi. Supplicatumque Nobis vt eysdem hac in parte consuleremus,
& circa libertates & consuetudines eorum, quibus ab antiquo gaudebant, ips
conseruan ab impetitione eiusmodi dictorum Pelliorum Speciali Nro Rescripto
Nro muniremus. Proinde Nos talem Inspectionem & Censuram dictos Pelliones
nullo Iuris vel Priuilegy beneficio sibi attributo vsurpare, labemq; Institoribus
præfatis, dum ex sinistra suspicione falsitatis eiusdem eos arguunt, mercesq;
& nomen illorum in dubium trahunt aspergere animaduerten, statuimus &
ordinamus per præsentes, vt prænominati Insti—tores, ab huiusmodi Inspecti
one & censura sibi plenumq; nociua, sint in posterum liberi, facultatem ips conce
dimus, merces suas quascunq; sine eorum inspectione & taxatione, ex qua
cunq; Materia, siue per se siue per alios artifices vel Opifices, siue Pantisci siue
alibi locorum elaboratas, & vel terra vel mari Pantiscum aut vbicunq; locorū
aduectas, ad ornatumq; & Mundiciem tam Virginū & Mulierum, quam Iu
uenum & Virorum spectantes & quasuis alias, quocunq; nomine vocitatas,
tam Sericas, quam Holosericas Merces, tum & aromata omnis generis, vti &
Merces pelliceas quascunq; crudas vel elaboratas, ac eas omnes in quam di
uidendarum vsu ab immemorabili tempore fuerunt, libere & publice Pantisci
quotidie de Anno in annum, in alys vero Ciuitatibus & Oppidis Regni Nri
Poloniæ Terrarumq; Prussiæ, Nundinarum tempore exponendi, & siue per vl:
nas siue per pondus summarie aut particulariter diuendendi & distrahendi.
Volumus præterea & ordinamus præsentibus, vt dicti Institores Gedanen, quos
Hut Kramer, vel vt vulgus eos nominat Hut Stanier vocant, circa libertatem
confiendorum & elaborandorum Pileorum pro fœminis & Masculis, ex qua
cunq; Materia & panno, serico, axamitho, consentiantur: Post vero etiam yo
Pilei elaborati per dictos Institores, pellibus earumcunq; sint generis subduci

curent

curentur & postmodum nec per circumforaneos nec per Pelliones, nec per alium quē
ptam sed per solos Institores diuendantur & distrahantur. Quodsi aliquis qui cunq
is fuerit reperiatur, qui in præiudicium præfatorum Institorum & libertatis pse
pileos tales conficere & diuendere, aut molestiam aliquā ratione præmissorum ipsis
creare præsumpserit, is ad Magistratum cuiuscunq loci delatus pro specie delicti
puniatur. Quod ad omnium Regni Nri loconumq quorumuis Ditionis Nrā Ma
gistratuū notitiam deducentes mndi, ut prænominatos Institores circa easdem
libertates integre conseruent & manuteneant, consemarig & manuteneri curent
pro gratia Nra. In quorum fidem præsentes manu Nrā subscrās Sigillo Regni
communiri iussimus. Datum Elbingæ die XIV Mensis February Anno Dni
M DC LXXXVI. Regnorum Nostrorum Poloniæ & Sueciæ IV Anno. Vladi
slaus R. E. X. Locus sigilli pensilis Maioris Cancellariæ Regni. Ioannes Gem
bicki Secretarius Regiæ Mtis. Alterarum vero Literarum Sigillo Ciuitatis Nrā
Gedanen Ordinario pensili roboratū & manu Secretary eiusdem Ciuitatis sub
scriptū, Contubernium Institorum Gedanen concernen series est talis. Vniuersis
& singulis cuiuscunq status, gradus, conditionis, seu dignitatis extiterint præ:
sentium notitiam habituris, in primis vero quibus id scire expedit, præmissa salute
& Officiorum Nostrorum commendatione, notum testatumq facimus. Nos Præ
Consules & Consules Regiæ Ciuitatis Gedanen, Companii se coram Nobis Seni
ores Contuberny Institorum ac à Nobis requisiuisse, authenticam attestationem
ipsi extradi: Quod nimirum illi Mercatores qui Ferrea vel etiam ex Orychalco
& Chalybe conflata suppellectili negotiantur ac communiter Eisen Kramer
nominantur, ipsorum Contuberny sint socy & Contubernales, Quorum æquæ
petitioni deesse nolentes vigore præsentium attestamur, supradictos Mercatores
vulgo Eisen Kramer Contuberny Institorum Socios & Contubernales esse, omni
busq Iuribus & Priuilegijs quibus reliqui Institores, siue sint Sericary siue
quos vulgo Hut Kramer vocant, siue Aromathary, gaudeant plenario Iure
in hac Ciuitate frui, eorumq Compotes esse. In cuius rei fidem Sigillum Nrum pre
sentibus est subappensum. Datum Gedani die vigesima Octava Mensis Apri
lis Anno Dni Millmo Sexcentmo Sexagmo Secundo. Locus sigilli ap
pensi Ordinary Ciuitatis Gedanen. R. Kuricke Secrius. Quas quidem &c.

Actum

Actum Varsauiæ Feria
Quarta ante Festũ Sctæ
Maodalenæ pxmã Anõ
Dñi Millmo Sexcentmo.
Sexagmo Secundo.

Ad relationem Illmi & Rndmi
Supremi Regni Cancellarij

Adyciunt ad sum 6400, Centum
floren Rzuchowscy Gn Zurowski

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Vig. Quod comparentes personaliter coram Actis præsentibus Metricæ Nræ Cancellariæ Maioris Regni Nblés Thomas & Joannes Duninowie Rzuchowscy Fratres inter se germani, Nblis olim Remigiani Dunin Rzuchowski filij, Nobilis vero olim Thomæ Rzuchowski Filiastri, mentibus corporibusq; sani existentes, Jurisdictione sua quauis propria & competenti omissa, præsenti vero Nra Regia in se ad actum hũc assumpta sponte palam, liberèq; recognouerunt & præsentibus quilibet illorum suo pro interesse recognouit. Quia illi tam suis quam Nobilis Andreæ Rzuchowski Fratris sui germani natu Maioris (pro cuius ratihabitione in forma Juris perfectmã cauent) nominibus agentes, ad Summam Sex Millium & Trecentorum florenorũ polonicalium, coram Actis Castren Capitaneatibus Cemeñ Sabbatho post Festum Sanctæ Luciæ Virgis pxmo Anno Domini Millmo Sexcentesimo Sexagmo Primo, Generosc Stanislao à Zurowice Zurowski Dapifero Cracovien Secno Nro & Decretorum Nostrorum Notario, cuius legitimis Successoribus per dictum Andream & Se Recognoscentem modernũ omnimodo Thomã Rzuchowskie fratres, cum ratihabitione pro Moderno Joanne Fratre suo, pro illo

illo tempore Alienationē facta & prestita recognitam & in Bonis suis hereditarys, me dietate nimirum Villanum Sady & Wolka Wienczerowa in Terra Radomiensi sitis, inscriptam (inscriptionē prallegata Cerscen. hac de re prolixius disponentē) Centū flore. polon. adijciunt, recognoscunt & inscribunt. Idq; inhærendo per omnia præcedhsitæ Inscriōni, in Arce Cemen. ut præmissumest facta. eamq; in omnibus punctis, articulis, conditionibus, ligamentis, nexibus, vadio, nihil prorsus excipiendo, in se reassumentes Alias in forma Inscriōnis & reassumptionis de suæ omnibus numeris absoluta. Sua manibus suis subscripserunt. Thomas Dunin Rzuchowski. Jan Dunin Rzuchowski. Quam quidem Adhēsionem &c. In cuius rei &c. Actum & Datū ut supra

Actum Varsauiæ Feria Secunda ipso Pernicilio Sancti Jacobi Apostoli Anno Dni. Millesimo Sexcentmo Sexagesimo secundo

Ad relationem Illmi & Rndmi in Chro Pris Sup Reg. Cancellary.

Plenipotentia Gnosi Kryski

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod comparens personaliter coram Actis præsentibus Metrica Nra Cancellaria Majestatis Regni Gnōius Joannes a Drohnin Kryski Succameranus Terræ Nyssogrodien. sanus mente corporeque exns, sponte sua quouis propria omisso præsentiq; autem Jurisdictioni Nræ sepe subyciendo palam & libere recognouit. Quia ille in suos veros & Illmos Plenipotentes facit & constituit Gnōos & Nobles Stanislaum Parzniewski, Franciscum Rybinski, Joannem Grabowski & Albertum Gorecki. Dans & concidens eisdem Plenipotentibus suis plenam & omnimodam facultatem omnes & singulas Causas se

Recognitæ

v.p.

Recognoscentem tam actiue quam passiue concernentes, in omni Iudicio & Officio Regni, peragendi, instituendi, Processus inchoandi & continuandi, Decreta favorabilia sibi suscipiendi, ab onerosis appellandi & prosequendi, aliaq; omnia pro Iure & consuetudine Plenipotentiarium more solito conficiendi. Dat praeterea & concedit facultatem soli Gnoso Stanislao Parzniewski, in locum sui si ita necessitas postulaverit substituendi. Promittit quidquid per eosdem Plenos suos, vel eorum Substitutos actum fuerit se pro rato suscepturum, alias in forma Plenitudinis & Mandati commissi de Iure sufficeta. Quam Nos ad Acta &c. Inquirendum &c. Actum & Datum ut supra.

Requirit Acta Metrica & Protestatur Vnb. Sobolewski

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod comparens personaliter coram Actis praesentibus Metrica Nra Majoris Cancellaria Regni Rdus Bartholomaeus Sobolewski, ad Eccleam Sancti Spiritus in Oppido Nro Crasnostawien existen Prepositus Eccleae Cathedralis Chelmensis vica rius perpetuus, mente corpore que sanus, sed suo quovis proprio & competenti omisso, praesente autem Jurisdictione Nra ad actum presentem assumpta, palam, requisivit in praedicta Metrica Nra, num Liber Actorum & Inscriptionum Anni Millmi Quingentimi Sexagimi Tertij per hostes Varsoviae cum aliis Actis & Archivis Regni interceptus, ex Pactis Olivensibus restitutus sit. Cum vero responsum accepit hucusq; non esse restitutum & nesciatur, vtrum haec Acta aut combusta aut alio casu fortuito perierint. Ideo coram eisdem Actis Nris, de diligentia sua Manifestationem juxta Constitutionem Regni Novellam fecit, se habere Extractum ceetum in authentica forma ex Cancellaria Castren Capitaneali Chelmensi emanatam, sub actu & data Sabbatho post Festum Sancti Vitti proxo per modum Recretorum Sermonum Dominorum Regum Polonie, Antecessorum Nostrorum ex Conventione Gnli Varsoviae Anno Dni Millmo Quingentimo Sexagimo Tertio latorum recognitum & super Summam Sexcentorum florenorum polon in Advocatia Villae Scientica dicte ad Eccleam praedictam Sancti Spiritus Crasnostawien existen. Quod quidem Extractum in forma authentica

praeterea

reproduxit. Præterea is idem Rendus offerens & Recognoscens coram ipsdem Actis produxit Inscriptionem super laneos Quatuor vnà cum ipsa Inscriptione Advocatia Villa Sienica dicta ad præmemoratam Eccla'm Hospitalem Sancti Spiritus Grasnostauien' spectan', Submittendo sese vtrumq; reproductum suum, si & in quantum opus fuerit iuxta præsentium Constitutionis Regni Juramento comprobatarum. Porro petyt eiusmodi Manifestationem suam Actis præsentibus inseri & sibi in authentica forma extradi. Quod obtinuit. In cuius rei &c. Actum & Datum vt supra.

Actum Varsauiæ Feria Quinta post Festum Sctæ Annæ pxmà Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Secundo

Ad relationem Illmi & Rndmi Supremi Regni Cancellarij.

Cedit de villis Gn' Betzecki Gnis Czartoryiskim

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod coram parens personaliter coram Actis præsentibus Metrica Nra Cancellariæ Matoris Regni Gnosus Euanistus Joannes à Betzec Betzecki Capitaneus Nr Wyszogrodien' Notarius & Secretarius intimus Cubiculi Nri, sanus mente & corpore exns palam liberè recognouit. Quia pro adhærendo Literis Consensus Nri a diu præcedenda gratiosè collati tum & Cessioni Villarum Pudowa, Rosztoki, Wierzchi, Rozenice, Dolhopole, Krasniach, Marzkow, Nowa & Antiqua, Rozen Ochominski, Rozen Okolski, earundemq; adiacentium in Curia Nra Varsouia Sabbatho ante Dominicam Misericordiæ pxmà Anno Millmo Sexcentmo Sexagmo Secundo,

per se

v.g.

per se Recognoscentem in personas Gnosorum Caroli in Klewan Ducis Czartoryiski & Annæ à Zebrzydowice Coniugum facta & recognita prout antea cesserat ut & ad presens cedit & condescendit ad possessionem, Intromissionem, & peracta Exe cutione per Gnosum Georgium de Mrozowice Mrozowicki Notarium Terrestrem Ru bricen Secretarium & Commissarium Nrum, nigore Decreti in Iudicys Nris Assessoria libus Sabbatho post Festum Nativitatis Beatæ Mariæ Virg's pxmo Anno Dñi Mil lmo Sexcentmo Sexagmo Primo, inter se Recognoscentem & Gnosum Alexandrum Sutatycki Thesaurarium Podlsiæ, respectu ibidem contentorum lati, ysdem Gnosis Carolo Ducis Czartoryiski & Annæ à Zebrzydowice Coniugibus, iuxta obloqueri tiam eiusdem actus Commissorialis, Feria Quarta post Festum Sancti Adalberti Pontificis & Martyris pxmâ Anno Dñi Millmo Sexcentmo Sexagmo Secundo expedita. Nihil sibi Iuris pretensionis ad eadem cessa Bona supraspecifica prætextu huius Executionis reservando vel præcustodiendo, sed solidum & universum Ius suum quoquo modo sibi competens videretur, in eosdem Gnosos Coniuges transferendo & transportando. Quod manu sua propria subscrit. Cuanobus Ioannes Betzecki Capitaneus Wysogrodien. Quam quidem Cessionem Nos firmam & validam manere volentes, eandem ad Acta præsentia suscipi & ex ys in forma authentica pars Postulanti extradi debere mandauimus. In cuius rei fidem, præsentibus Sigillum Regni est appressum. Actum & Datum Varsauiæ Feria Quinta post Festum Sanctæ Annæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Secundo.

Donat Summas Gnosa Kelleryn Gnsa Staniewicowa & Sorori suæ

Ioannes Casiminus &c. Significamus &c.

&c. Quod cum ad Nobilem & Pudicam Vrsulam Kellerin, olim Nobilis Georgij Hieronymi Kelleryni filiam, in lecto debilitatem corporis & ingrauescentem ætatem decumbentem, & hæc Acta Nra adire non valentem, Gnosum Samuelem Casiminum Luszewic Secretarium Nrum & Metrica Regni Cancellæ Nræ Maioris Notarium ad

exci

excipiendum ab ea infrascriptum actum, in hac rerum statutis Regni eo nomine sanctis
hic Varsauiae ad Domum Lapideam Nobilis Simonis Andreae Staniewicz Secretary Nri
Vicei Instigatoris Magni Ducatus Lithuaniae & Metricae Thesauri Regni Notary, in ipsa ante
Platea vulgo Krzywekolo dicta, ad Portulam Ciuitatis versus Visulam tendenti sitam, de
putatorum, is idem Gnosus Secnus Nri munus deputationis sua residens, reliquit dictae
Nobilem Vrsulam Kettleryn, corpore licet debilem & oculis caligantibus, mente tamen per
omnia sana & rationis Iudicij compotem, sponte, libere ac palam in aspe Gnosi
Ioannis Tomkiewicz Praefecti Aulae, Illis & Magnifici Ioannis Comitis a Leszno, Regni
Vicecancellary Maioris Poloniae Gnlis Marienburgen & C. Capitanei Nri, Tutoris adhunc
actum, veriae assumpti recognouisse. Quia ipsa habens liquidum debitum, Summam
videlt Trium Millium florenorum polon Monetae currentis, Nobili olim Reginae Kettleryn So
rori suae germanae, primi olim Gnosi Petri Grabeny, Serenni olim Sigismundi Tertij
Regis Poloniae Parentis Nri desideratissimi Secretary, Secundi vero nuptus Nobilis
Marci Scalki Diuae memoriae Vladislai Quarti Cappellae Directoris Consorti, pro re
hoemenda Curia Varsauiae penes antiquum Salis Depositorium vulgo Solna Zupa nun
cupatum, iacen, aliasq; suas necessitates, ipsi mutuo dabant, eandem Summam, sibi su
perstiti seruien, excertis & singularibus respectibus praesertim vero Consanguinitatis &
affinitatis, Nobilibus Annae Caeciliae Giziankae Nobilis Simonis Andreae Staniewicz
Vicei Instigatoris Magni Ducatus Lithuaniae Metricis Thesauri Regni Notary Secre
tary q. Nri Consortis tanquam Neptis praefati olim Gnosi Petri Grabeny, Mille florenos
Polonicales, Nobili Susannae Constantiae Kettleryn tanquam Consanguineae Suae alios
Mille florenos polonicales, dat, donat, inscribit perpetuo & irrevocabilis Donationis
& alienationis titulo, nihil pro se & alys successoribus suis, si & in quantum aliqui
reperti fuerint reseruando. Pertam autem Sortem trium trium Mille florenos polon
pro sua Prouisione quoad vixerit reseruat. cum ea lege & conditione, Quod si fata
celerius se quam speratur, de hac vita sustulerint, tum reliquum Summae eiusdem
Mille florenum per memoratus Nobilem Simonem Andream Staniewicz Consortem eius
& Susannam Kettleryn, quo in passu conscientia ipsorum obligatur pro sepultura
& suffragio animae suae ac alys pijs operibus conuerti debet. Quoniam vero eadem Sum
ma Trium Millium florenum Polon, apud Gnosum Albertum de Opaka Opacki Terrae Varsu

Succame

Succameranú Latowicen Capitaneum, vti Possessorem prefata Curiæ per olim Sororem suam vr Nobilem Reginam Kelleyn Sciakeana empta & post modum per Nblem olim Petrum Grabenni um dicta Staniewiczowa Aurunculum Gnōso Succamerario Varsau vendita extat, nec huc vsq; ab eodem leuata est: Ideo dat & concedit suprascris suis Donatarys eandem Summam totam & integram Trium Millium, vna cum interesse seu Prouisione, tam pro annis præteritis quam & subsequentibus, plenam facultatem vindicandi, repetendi & recipiendi, in suos suorumq; Successorum vsus conuertendi, exceptâ Summa Mille florenorum polon, in sustentationem vitæ sua & pro suffragio animæ vti premissum est assignatis & conuertendis. Præterea hac Nblis Recognoscens Ursula Kelleyn habens apud Genenses Suos Magnii olim in Opaca Opacki Palti Decpaten Summ certi & liquidi debiti desenuita Mercedis Octingentorum florenor polon, taleri eorum facit dispositionem. Inprimis ad Eccl Parochialem Lasinen Diœcesis Pozn legauit in ædificationem eiusdem Eccl Summam florenorum Trecentor. Deinde Religioso Cypriano Ztowski Ord Carmelitæ de antiqua obseruantia Procuratori Generali eiusdem Ord, Summam florenorum Ducentorum pro calice & Casula conuerten, denique residuum nimirum florenor Trecentor sibi pro necessitatibus su is reseruando. Quam quidem recognitionem prainsertam Nobis per præfatum Gnōm Samuelem Casimirum Kuszewic Secretarium nrum relatam, ratam & gratam habē & Acta Metrica &c. In quorum &c. Actum & Datum vt supra.

Cedit de Succession Gnæ a Kelle ryn Gnæ Staniewiczowey & Soror

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

v.u. Quod cum ad Nblem & Pudicam Ursulam Kelleyn &c. scribatur Arenga expri vi Donationis Insertæ ad verba recognouisse. Quia ipsa singulari stimula ta affectu, contestandoq; gratitudinem, ob præstita sibi in sua senili ætate & inu cibili Valetudine, per inpascros Donatarios, obsequia, & sumptus de proprio erogatos de tota & integra Succone sua post Nobilem olim Reginam Kelleyn primi olim Gnōsi

Petri

Petri Grabeny Diui Parentis Nri Sigismundi Tertij Secretary, secundi vero nuptus Nobis Marci Scak Serenissimi olim Vladislai IV^ti Fris Nri Charissimi Capellae Directoris, Consortem Ro ma demortuam, ad se vti Sororem suam germanam, Iure naturali, non extan descenden ha redibus, tum & extr Testamenti per eandem olim Sororem suam conditi, quod apud pra fatum Nobilem Marcum Scaki adpresens in Alma Romana vrbe degentem extare constat pleno Iure & titulo in personas Nobilium Annae Caecilie Grzianka Nobilis Simonis Andreae Staniewicz Vice Instigatoris Magni Ducatus Lithuaniae Mednices Thesauri Regni Notary Secretary Nri Consorti vtrae & Susannae Constantiae Kelerynianae Consanguineae suae cedit & pleno Iure transfuridit, Dans & concedens pleniam potestatem & facultatem supra nominatis Donatarys suis, totam & integram substantiam & Successionem, in omnibus Bonis mobilibus & immobilibus, auro, argento, clenodys, Summis paratis, pecuniarys, Vestibus, & in vniuersum totam suppellectilem quaeunq de praescripto Iure concernit & concernere possit, in omni foro Extraordinario vindicandi, repetendi, recipiendi, & in suos suorumq Successorum vsus pro suo placito conuertendi. Nihil pro se & Successoribus suis alys si aliqui sese nominauerint vel nominare praesumpserint, reseruando, sed eosdem to taliter praesenti Inscriptione excludendo. Quam quidem Insinuationem praemissorum Nobis per praefatum Gnosum Samuelem Casimirum Kurzewic Secretum Nrum relatam ratam & gratam habentes ad Acta &c. In quorum &c. Actum & Datum vt supra.

Offert Documenta Gn Friderici Secrius Elbingen

Joannes Casimirus &c. Significamus &c.

Quod veniens personaliter ad Acta praesentia Metrica Nra Cancellaria Maioris Reg &c.
Gnosus Bartholomaeus Fridenci Ciuitatis Nrae Elbingen Secrius, satisfaciendo Decreto Nro inter Egregium Hennicum Hoffen Actorum & Splem Magistratum dictae Ciuitatis Nrae Elbingen, citatos in Iudicys relationum Nostrarum propriarum Feria Quinta ante Festum Diuisionis Apostolorum pxma, Anno currenti, lato, Nexum certum Diui olim Sigismundi Augusti Regis Poloniae Praedecessoris Nri & Auunculi Charissimi, ratione soluendae mediae Pensionis Annuae ad Mensam Regiam spectan, sanum, solutum, illaesum manu propria dicti Serenissimi Augusti subscriptum sigillog pensili Regni munitum, omnis

suspicionis

suspicionis notâ vacans reproduxit. Cæterum præallegati Resc̃ tenor & series verborum est eiusmodi: Sigismundus Augustus Dei gratia REX Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ, Samogitiæ &c. Dnus & Hæres. Significamus tenore præsentium quibus expedit vniuersis. Quia Gnõsi Ioannes Kostka, Castellanus Gedan̄ Terranum Nostranum Prussiæ Thesaurarius Pucen̄ Perhouien̄ Capitaneus, & Pater illius Christophorus Kostka Capitaneus Gotuben̄ Fideles Nobis dilecti in Redemptionem Prædy. Nr̃i Schalewicz & aliorum per Nos obligatorum, à Consulatu Ciuitatis Nræ Elbingen̄ Nostro nomine per Triginta grossos accepenunt florenorum Millia sex. Qua propter volentes dictum Consulatum & Ciuitatem Elbingen̄ de data Nobis Summa indemnem reddere, medietatem Pensionis quam Nobis annuè soluere tenentur & obligantur, nempè in puro Auro. & Iusto ponderè florenos Triganicos Ducentos inscribendam duximus, prout præsentibus inscribimus. Ita quidem. Quod Consulatus Elbingen̄, nec Nobis nec Successoribus Nr̃is ad solutionem dimidietatis Pensionis annuæ tenebitur & tenebuntur, quoadusq; per Triginta grossos cumentis Monetæ florenorum Sex Millia dicto Consulatui seu Ciuitati Elbingensi per Nos aut Successores Nr̃os plenariè & totaliter soluta & de illis satisfactum fuerit, quibus solutis dictus Consulatus & ipsa Ciuitas, ad solutionem integræ & totalis Pensionis annuæ Nobis tenebuntur. Volentes autem dicto Consulatui & Ciuitati Nræ specialem gratiam Nram̃ declarare. Promittimus pro Nobis & Successoribus Nr̃is, nullis Subditorum Nostrorum aut alicui alteri consensuros, ad redimendum dictæ Nræ Pensionis annuæ medietatem. Reservantes nihilominus Nobis Successoribusq; Nr̃is proprys & pecunys sola reali numeratione, nec alio quouis modo dictam medietatem Pensionis Nræ redimendi libera̅m potestatem, Vigore harum Literarum. Quibus in fidem & testimonium manu Nra præsentibus subscripsimus. & Sigillum Nrum̃ appendi iussimus. Datum Vilnæ Feria Quarta in Vigilia Ascensionis Dni Anno eiusdem Millmo Quingentmo Quinquagmo Septimo. Regni Nr̃i Vigmo Octauo. Sigismundus Augustus REX. Sigillum Regni pensile. Et hic in continenti isidem Gnosus Barthlomæus Fridericii Ciuitatis Elbingensis Secinus. Rescriptum eiusdem Diuæ memoriæ Sigismundi Augusti Prædecessoris & Auunculi Nr̃i ratione Locus Brusnen̄ concessum, manu propriâ memoratæ Diuæ memoriæ Auunculi Nr̃i subscriptum Sigilloque pensili roboratum sub contextu verborum sequenti. Sigismundus Augustus Dei gratia REX Polonia Magnus Dux Lith

Uania

nia Russia Prussia Masouia Samogitia &c Dnus & hæres. Significamus præ
sentibus Lris Nris quorum interest vniuersis. Quod cum propter susceptam granissimam bella
tam contra Regem Suecia quam Principem Moschouiticum, Senatus, Communitas q3
Ciuitatis Nræ Elbingen, difficultates & pericula Regno, Dominys q3 Nris inde imminen
tia ob oculos haberent, postulatis Nris Regys quorum gerem, Decem Millia florenorum
per Triginta grossos, numeri & monetæ in Regno Nro currentis, mutuò nobis dederunt.
Nosque eam Summam præfatam in prompta & parata pecunia à Nunc̃ys illorum
accepimus & subleuiauimus. Verum cum è contra receperimus, sufficienter ipsis cer
ta hypotheca per Nos cautum iri ac in prospectu sit, non minores eiusdem Reipublicæ
Elbingen esse difficultates, quibus præter opinionem multorum premitur, Magne ni hil
minus pro fide subditorum fidissima se ad iussa Nra promptam exhibuerit, gratiam
Nram tanto dementiorem ipsi in hypotheca assignanda, vnde Sortem & Censum recipere
posset declarari duximus. Volentes itaque de numerata Nobis Summa Decem Millium
florenorum præfatam Rempublicam Elbingensem indemnem reddere, ne officium ex mero
subiectionis affectu in Nos collatum Ciuitati damnosum sit; ex certa scientia, consensu &
voluntate Consiliariorum, Senatui ac Reipublicæ Elbingen inscribendi duximus prout
præsentibus inscribimus restantem dimidiam Pensionem Ducentorum Aureorum Hun
garicorum quotannis Nobis solui consuetam, ex Ciuitate ipsa Elbingensi in recogni
tionem superioritatis Nræ. Porro ne quid molestiæ nedum detrimenti in difficultati
bus suis caperet. Nobisque per eos relatum sit Lacum Druzno dictum Ciuitatis Elbing
in totum fuisse, post certis ex causis Partem eius dimidiam in Curam & procuratio
nem Thesauri Nri Terrarum Prussiæ communi Nri amplificandi gratiâ translatam: per
missione tamen per Dominum Genitorem Nrum Sigismundum Regem facta, si cui pri
Subditorum Nris illa locanda veniret, Reipublicam Elbingensem prima habituram.
Hinc ex Regia Nra innata clementia ad prædictam dimidiam Pensionem, Nobis in
recognitionem superioritatis debitam, Partem quoq; alteram Lacus Druzno, Gnoso Ca
stellano Gedanensi ad vita tempora concessam, prout ea in suis limitibus & metis ab
antiquo distincta est, de matura Consiliariorum Nostrorum consilio præfatæ Ciuitati
Nræ Elbingensi obligamus & nomine interesse præsentibus adiicimus & inscribimus
cum omnibus eius emolumentis, Piscaturis, Piscibus, fructibus, prouentibus, obuen

tionibus

nonibus, attinentys & pertinentys nullis penitus exceptis aut exclusis, nec pro Nobis aut Successoribus Nris reseruatis, si qui sunt aut in Austriâ Proconsul & Consulum Reipublice Elbingen inuenire aut excogitari possent. Qua omnia pro expressis ita habere volumus, ac si specialiter expressa aut nominata forent & ut generalitas specialitati & è contra in nullo deroget: Ita vt eo tempore non solum Pensio illa dimidia, sed etiá dimidia illa Pars lacus Druzno, tam diu per ipsam Ciuitatem Elbingensem teneatur habeatur, vtifruatur ac quiete & pacifice, nullis Rescris Nris impetratis aut impetrandis obstantibus possideatur, in vsus q suos beneplacitos sine cuiusuis impedimento conuertatur, donec predicta Summa Decem Millium florenorum ipsi per Nos, ad commoditatem tantum Nram propriam amplificandam, persoluta fuerit. Ea tamen conditione, vt si Census annuus dimidy Lacus istius iunctus cum Summa prefata Dimidie Pensionis Ducentorum Aureorum Hungaricorum, numerum Octingentorum florenorum in Moneta excedere repertus fuerit, tum residuum, id quod Summam Octingentorum florenorum superauerit Fisco & Erario Nro Mariaburgensi inferatur, & vicissim si quid ad Summam Octingentorum florenorum ex Censu Lacus huius annuo de fuerit ex eodem Erario Nro Mariaburgensi recipiatur. Insuper volentes Reipublice prefate Specialem gratiam Nram pro paratissimus illius exhibitis studys declarare, ipsam in hypotheca assignata conseruandam duximus prout presentibus conseruamus. Promittendo verbo Nro Regio quod eandem, redimere non permittemus nec Successores Nri redimere permittent. Nobis tantum ipsi quoties voluerimus liberum erit, pro vsu & commoditate solummodo Nra amplificandi eos redimere, pecuniâ predicta eis reposita, & numerata. In cuius rei fidem & testimonium presentes manu Nra subscripsimus, Sigilloque Nro appenso communiri fecimus. Datum Gruduadi Die Septimo Mensis Septembris Anno Dni Millimo Quingentimo Sexagimo Quinto, Regni vero Nri Trigesimo Sexto. Sigismundus Augustus REX. Sigillum pensile. Sandem vero prememoratus Gregorius Secretarius Elbingensis, prefallegato Decreto Nro satisfaciendo Divi Sigismundi Tertij Regis Poloniæ Parentis Nri desideratissimi Rescriptum, ratione eiusdem Lacus Druzen Ciuitati Elbingensi concessum, manu propria præscripsit Serenissimi Parentis Nri subscripsit atque Sigillo Minoris Cancellariæ Regni communiri

communitum adacticandum exhibuit. Rescripti præallegati contextus est talis qui sequitur. Sigismundus Tertius Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus &c. Quod cum superioribus temporibus propter bella Suetica atque Moschouitica, Erario publico exhausto Ciuitas Nra Elbingensis Diuo Sigismundo Augusto Prædecessori & Auunculo Nro pie memoræ, Decem Millia florenorum, præsentis pecuniæ communis, vsitatiq valoris mutuò dedisset; eorum nomine, præfatus Diuus Prædecessor & Auunculus Nr Pensione Ducentorum Aureorum Ingaricalium, quam in subiectionis suæ signum atq testimonium, Seruis Poloniæ Regibus, Ciuitas ea pendere consueuit, ac præterea Lacus Druseñ dimidia parte, eâ nihilominus quæ à Ciuitate quondam, certis de Causis cessa ad Arcis Nræ Marienburgen vsus; in Locatione præcipuo Iure Ciuitati reseruato, translata fuerat, eidem Ciuitati caueat, certisque ac indubitati Pignoris hypothecæue loco ita obligauerit; vt ex Prouentu eorum Octingentorum florenorum annuo, interesse nomine, Ciuitas perciperet, reliquum in Thesaurum Regni inferret. Postea autem, propter Magnifici olim Ioannis Zaltku Palatini Sandomirien, tum vero Castellani Gedan Ius, vt cui ad vitæ ciuis tempora præfati Lacus Druseñ vsusfructus, à Dño Auuncu lo Nro ante Obligationem hanc donatus fuisset, Praedium Nrum Marckelshoff in Insula Minori situm, ea conditione in hypothecam substituerit, vt præfata Ciuitas Nra Elbingen, in Ciuili tunc pñoris hypotheca Lacus nihilominus Druseñ possione vsufructuq permaneret, eoq mortuo, tum demum illa de secundo pignore Marckelshoffiano decederet; Druseñ autem Lacus Possionem quemadmodum Ciuilem semper obtinuisset; ita naturalem quoque eius propriâ authoritate apprehendere occupareque posset, illaq iuxta Pignoris eius legem libere sine vllo que impedimento vti frui. Quæ Nos cum sub felicem in hoc Regnum Nrum ingressum cognouissemus, atque inter ipsa statim initia hæc etiam Ciuitas, singularem Nobis fidem, subiectionisque Studium detulisset vt & indemnitati eius consuleremus, illiusq erga Nos obseruantiam, sinceraque fidelitatis obsequia, aliquâ quoque Nra erga illam Clementiâ, propensionisque significatione prosequeremur. Sicuti omnia alia Ciuitatis eius Priuilegia; ita hanc quoque Diui Sigismundi Augusti Prædecessoris & Auunculi Nri eius debiti professionem atq hypothecam expresse nominatimq authoritate Nra Regia cum rata, firmaq habuisse mus, ac vero mortuo olim præfato Magnifico Ioanne Zaltka possonem vsumfructumq

præfati

